Closterfrauen ohn eintziges wissen gegen ihren
Kostenauszug überfallet worden. wer hat jemahl
dergleichen gehört? wenigst ich nit, ist sonder auch
nit gebräuchlich. müssen also widerumb mit betrüebten
augen ansehen, wie selbiger zu seiner wolgefälligkeit
solche zu unsseren ohnnothwendigkeit und gleichsamb
zum trutz eröffnet, wobey nöthig das wir stettes
eine wacht halten kunten, damit unsere wenige garten
früchten in sicherheit möchten gebracht werden, will nicht
melden von anderen Unanständigkeiten, die wir
schon zu unsseren erlitten, müssen also wegen seiner
Scheür dass Closter bey tag und nacht ungespert sehen,
Und ob wir uns schon zu unsseren anerbotten, selbige
umb ein ziemliches geld zu erkaufen, auch alle daran ligende
bürgerliche beschwärden zu tragen, so ist dannoch solches
aus tragender affection N. von einem Magistrat noch niemahl
gestattet worden.

X

NB. Noch mit genüg
Zeiten hat sich der oben in disen Tägen Undt
obgedachter [illegible] Anstifftung. bey der Kirchen auss
eingefunden. protestierent das der S. V. Cän etwas
dürfte gegen seinem brunnen gelegt worden
welches wir doch züthün wegen Ubberhäng des
zülösen (?) [illegible] benöthigt, Und ob wir schon denselben
mit güten worten entlassen, auch mit nächsten Tägen
weitherens von disem hinweg züthün, so hat sich diser [illegible] abeth
grobe gesell understangen die H. des Raths zü
überlaufen, Und sich in disem zü überklagen. zü
jahr antlor haben wir müssen züsehen, das sie wenige
grossenstaden Unserer Mauren, den brunnen
näher dahingesetzet. auch höcher gestellet das
er also ganz füglich in der Closterfrauen
gartenlein sehen, als sie sich dessen beklagten
Und protestierten, seynd sie doch mit lären worten
abgewisen worden; auf solche weis würde dermahlen
die Closter portiert (?) Und beschützet.

XIII

Den 21. Julij ist dem Allhiesigen Convent von A. Z. G.
P. Dionisio Harth Oberkürchst (?), Und Verehret
worden ein schöner Neuer Vergolder Kelch ein
weiss mit güten [illegible] kostbarer gestickter
Kelchtüchlein sambt der Corporal taschen, Und bally (?)
wilkumb ein in rothen sammet, Und mit silber beschlagenes
Messbüch, ist auch diser in [illegible] Continuerlich das
Erste mahl gebraucht worden, Uns danckbarlich zu er-
zeigen, haben wir also gleich ein gegen offertung
mit 4 Messen sambt einem Hochambt züthüen
Gott vergelts o. G. [illegible].

Kelch

11.

Auf den 2. Augusti seynd die fenster vor dem
Chor Altar ingleichen die bey der Orgel Neü
eingesetzt worden.

11.

In diser Zeit hab im [illegible] S. Ludwig Ex Commissione
Exim: ac Dignissimi P. Mri Provincialis zwey
Jungfrauen eingeklaydet worden, Und der ersten
Christiana Hyacintha der andern aber den Nahmen
Maria Clara beygelegt. bey disem [illegible]

Investitio 2. Virginum ad S. Ludovicum

XIII

Ihro Hochfürstl. Durchleucht Christian Ulrich Dux von Württenberg Oels [illegible] welches nachmahls neben vilen anderen Hoffcavaliers auch bey der Tafel erschinnen, und alle Vergnügenheit erzeigt hat.

Visitae. d. 1. Septembr. ist Ihro Hochwürden P. Minister Provincial pro 2da Visitatione allhier angelangt, und d. 7. darauf wiederumb nacher [illegible] abgereist.

fundat. 5 miss. pro 100 fl. IV. d. 6. Novembris ist allhiesigem Closter mit consens Ihro Hochwürden P. M. Provincialis von Herrn Johann Veyth dem Alten Gastwirth 100 fl. übergeben worden, mit Obligation alljährlichen 5 h. Messen lesen zu lassen als 4. in denen 4. quatember und 1. in octava omnium SS. so nachmahls bey Vincent

capital. Nörr und Mathias Wahl von [illegible] angelegt worden.

Anno 1732

Januarius

Obitus monialis XIII. d. 17 dieses ist bey S. Ludwig die Ehrwürdige Schwester Raymunda von Ellwangen gebürtig, nach 3 jährigen harter ausgestandener Kranckheit in dem 33. Jahr ihres Alters zu nacht um 7 Uhr seelig in Gott entschlaffen, und d. 19. darauf [illegible] bestattet worden, bey der Leichbegängnuß haben sich neben vilen welt Geistlichen, und H. des Raths 6. P.P. [illegible] Domini [illegible] convent eingefunden, der [illegible] ist durch 8 Tag gehalten, wobey alle Tag [illegible] allen ankommenden [illegible] die [illegible] gegeben worden.

Bettel ordnung XI. d. [illegible] Febru. wurde H. Registrator von einem [illegible] Magistrat an Ihro Hochwürden H. Decan wie auch an die Priores [illegible] Dominic. et August. und auch mir abgeschickt mit ansuchen d. 17 [illegible] den Montag [illegible] zu erscheinen, haben sich auch alle eingefunden, [illegible] wurde

1732

Ihro Hochwürden H. Decano angetragen
welches Er aber Recusierte, Und sich also nach
dem Ambts Burgermaister
Alt burgermaister den wahren die gestelt, nach dem
worauf die proposition von H. Priores und ich
geschehen, so [illegible] anlangte ein betler ordnung Ambtsburgermaister
zu errichten, in ansehung das sowohl die geistlichkeit
als die Clöster mit grossem Ungemach [illegible] zimmer zu allen
zeiten und stunden überlauffen werden, auf [illegible]
geschehene revier, ist endlichen der schluss abgefasset
worden, [illegible] ortel[illegible] anzunemmen, die frembde
in die statt nit einzulassen, die einwohnende
wochentlich zweymahl in abtheilung der statt
lassen herumbgehen als montag und freytag,
ist [illegible] das sie sich [illegible] sammentlich bey dem [illegible]
einfinden, wenn so ausser der Zeit kommen, nicht
solle [illegible] werden, die handwerchs gesellen
aber, sollen sich bey ihren zunften anmelden, einem
jeden seinen batzen von der laden [illegible] werden
wie sauber auskommen, massen in mancher laden
der [illegible] kümmerlich ein kreutzer zu finden,
und sich also die handwercker ziemlich beschwären,
glaublich wird es keinen bestand haben, wie jene
ordnung so d. 29. Jan. Ao. 1726 eben in dissem ist
gemacht worden.

Auf das Fest des H. Apostel Mathie ist das
abgelöste Capital von dem Jährlichen Jahrtag, nemblich
50. fl. so Antton Joseph [illegible] burger alhier
zu handen gehabt, von veit Götzen zu [illegible]
übernommen word.

Capital

Partic. S. Crucis et S. Ludov. [illegible]

D. 25. Mertz als an dem Fest Mariä Verkündigung
ist [illegible] S. Ludwig des H. Creutz particul so
wie solche Gnaden Ihnen von Ihro Hochfürst.
Durchlaucht Christiano Ulrico Herzog von Württenberg
[illegible] cum Autenticis übergeben, und von Ihro
Gnaden H. Weihbischof zu Augspurg approbieret
das erstemahl ausgesetzet word.

XIII.

Obitus P. Elzearij Engert

VI.

Die 4. Aprilis, horâ 6tâ matutinâ, post obstinatam complurium mensium infirmitatem fortiter exantlatam SS. Ecclesiae Sacramentis sepius praemunitus, in plenâ fratrum animam agonizantem Deo commendantium corona suavissime in Domino obijt R. P. Elzearius Engert Schwanfeldensis, aetatis suae anno [illegible]. Religiosae professionis vero anno 33. Sacerdotij [illegible]. Requiescat in pace.

XII.

Den 5. Maij als an dem Fest der Bekehrung des H. Augustini ist von denen HH. Augustineren der Erste Stein zu ihrem Closterbau mit großer Solemnitat gelegt worden.

Donatio Corporis S. Christiani M.ris

XIII.

8 dito seynd endlichen die Closterfrauen bey S. Ludwig in Ankunft des H. Leibs Christiani Mart. erfreuet worden, dieser Heyligthum und heilige Schatz ist ihnen abermahl von Ihro Hochfürstl. Durchlaucht Christiano Ulrico Duci von Würtenberg zu Ölss in Rom verschafft und höchst gnädiger propension verehret worden. Die Authentica des vorhero verlangsten zugestellet, lautten in Kürtzen begriff also: Sacrum Corpus Sancti Christi Mart. Christiani cum vase vitreo, sanguine resperso ex Coemeterio Priscillae extractum in capsula lignea carta rubra, flosculis ramusculisque auro calcatis cooperta, bene clausa et funiculo serico coloris rubri colligata ac sigillo nostro signata. Prosper Cardinalis Vic.

Weilen sich aber hernach erfunden bey Eröffnung so den 10. Maij von einem hochwürdigen bischöflichen Augspurgischen Consistorio beschehen ausgenommen, daß das Gläslein mit dem Bluth auf der langen Raiß durch fahren und tragen zerbrochen worden, also ist selbiges approbieret, und zur offentlichen veneration dem Volck vorzustellen gnädigist concedieret worden; indessen ist man mit der fassung höchst beschäfftiget.

Altare novum in Choro. XIII

Auff den Ersten Junij Also an dem Hohen Pfingstag ist auff dem neü auffgerichten Chor altar das Erstenmahl das Hohe Ambt abgesungen worden. die Unkösten dessen belauffen sich gemäss deütlichen v mit Erlaubnus Ihro Hochwürden P. Provincial und Einwilligung deß gantzen Convent geschehen auff 237 fl. 36 kr. 2 d. also nemblichen seynd dem bildhauer 108 fl. dem Schreiner 80 fl. dem Zimmermann für den Chor auffzurüsten 31 fl. dem Maurer den Altarstein zu übersetzen und wegen verfertigen auszubrech 28 fl. auff Waldstetten wegen gestelten 24 baustammen selbige auch rau zu beschlagen, ingleichen für das stammen Gelt 12 fl. 30 kr. für Nägel und Eisen 7 fl. 14 kr. 2 d. für die Schindelschläg 4 fl. für Ramsenholtz 52 kr. bezahlt worden.

Daran seind von Hohen Patronen und Gutthätern fräundten verehrt und gebettelt worden.

Elemosynae	fl.	kr.
Von Ihro Hochfürstl. Hlt. Probsten zu Ellwangen	10	
Von Einem Hochwürdigen Thumb Capitel seind uns 24 baustammen in Waldstetten zu fählen zulassen gnädigist verwilligt worden.		
H. Burgermeister Dominicus Saal unser Geistlicher Vatter		
H. Burgermeister Joan. Georg Saal	4.	
H. Burgermeister Mayr	4.	
Frau Oberstattm. Rauter wirthin unweysend ihrer Sohn	5	
H. Stattm. Kayser	2.	30
H. Groß	3.	20.
H. Rästner	1.	
H. Jacob Mayer	1.	
H. Ignatius Mayer	2	
H. Johannes Seil bey den Gelben		50
H. Gilgen wirth	2.	
H. Alle des Raths	1	
Von Einer Hochwürdigen Geistlichkeit		
A. R. D. Decanus in Eibach	2.	
A. R. D. Ostrayssen	2.	
A. R. D. Parochus in Zimmerbach	3.	
A. R. D. Parochus in Weissenstein	1.	

Latus 44. 40.

		f.	x.
24.	A. R. D. Parochus in Iggingen	3.	
	A. R. D. Parochus in Straßbach		28
	A. R. D. Parochus in Reichenbach		15.
	R. D. Beneficiatus in Döckingen	3	
	R. D. Beneficiatus in Rechberg		20
	R. D. Eich		30
	R. D. Tobias Stadel		30
	Duo R. R. D. D. Debler	1.	
	A. R. D. resignatus Parochus in Weiler	2.	
	R. P. Mansuetus	1.	30.

Von der Burgerschafft.

	f.	x.
der Alte H. Baadwürth	8.	20
H. Johannes Deübele Handelsmann	4.	10.
H. Augustin Deübele der Junge	4.	10.
H. Antonius Metzger von Augsburg	4.	10.
H. Burchardus Paßl	3.	
der Junge H. Baadwürth	2.	
H. Joan Deübele der Alte Schimele	2.	
H. Georg Stadel Gmele	2.	
H. Marent Jacob	2.	
Ziggel Matthes	2.	
Jacob Ebler Unser Metzger	1.	30
H. Hildebrand	1.	30
H. Unser Müller	1.	20
H. Fetzer in der Waldstätter Gaß	1.	12
H. Conrad Baumhauer	1.	
H. Frantz Baumhauer	1.	
H. Frantz Mayerhofer	1.	
H. [illegible] Würth	1.	
H. Rosenwürth	1.	
Herr Alte und Junge Sternenwürth	1.	
H. Fuchs Andreas	1.	
H. Kraiter Mali	1.	
H. Johannes Kircher Vicinus	1.	
der Kirch Goldschmid	1.	
H. Andreas Herlikofer	1.	
H. Roth Haanen würth	1.	
Weiß Haanen würth	1.	
H. Michael König	1	
H. Zigel Matthäus Sohn	1.	26
H. Matthaeus zu S. Cath.	1.	
H. Unser Schuemacher		40.
Junge Sternenwürth		4[illegible]
Sailer Caspar		45.
Der Gärtner		40
Unser Zimmermann		40
Stadtpfeifer		40
Härtle		32
Latus	73	3

	fl.	xr
H. Achilles Stahl		
Leonard Linder	1	
Blindnuss würth		30
Hr. Händler dess.		30
Leonardus Mayrhofer		30
Laurentius Geiger		30
Ägidius Geiger		30
Dominicus Geiger		30
Balthasar Martin		30
Der wo genannte Schwartze Bub		30
Weißgerber Christian		30
Antonius Dabler		30
Franciscus Stahl		30
Der jünger Bäcker		30
Christian Sedil		30
Kupfer Basti Veit		
Simon Geiger		30
Joan Georg Fischer		30
Bauernwürth		24
Dachschuler		20
Stattbarbierer		20
Petrus Wagner in der Leidergassen		20
Schwartz Ochsen würth		17
Godefridus Dabler		16
H. Patritius Goldschmid		16
Der Nagelschmid		15
Johannes Schmid der Alte		15
Gwenbach		15
Lambwürth		15
Der Kürschner Wolf		8
...		6

Von den Frauen und Jungfrauen

	fl.	xr
Catharina Fleischerin		
Ursula Stählin dess.	15	
Fr. Rortigin	15	
dess. bey m. H. Pfarrherrn	6	
dess. auf dem Thurm	4	10
Die Dirkse färberin	4	10
Magdalena Fleischerin	4	
Tuch Michael ...	3	
Catharina Fleischerin vulgo Capellen	1	30
Die alte Sirlenwürthin	1	
Margaritha Nablerin dess.	1	
Weißgerbers Töchter	1	
Maria Näslerin dess.	1	
Fr. Jacobea Schirter der Saul		~~50~~ 50
Catharina Metzgerin		~~36~~ 36
Bärtschenwürthin		~~36~~ 36
		40
Latus	71	19

26. Jonna Zwöchin	2
Ursula [illegible]	[illegible]
Jacob auß dem Ödmarloher	30
Kreiß alt [illegible]	30
Dorothea [illegible]	4 24
Sibmarhard Dorfster [illegible]	24
Elisabetha [illegible]	20
die Krumme Eva	20
Salomea beÿ dem Thurn [illegible]	16
Solomea [illegible]stein	15
Closner Maria	15
Petri [illegible]	15
Cathe Monica [illegible]	12
[illegible] Magd. [illegible]	12
[illegible]wörthin	4
Item ist von einem Gütter [illegible] worden	2
Item von einem anderen	34
Item ist auß 5. Stammen [illegible] holtz so nicht gebraucht worden erlöset worden	6 20
wie auch anderwärthig ist an dem [illegible] holtz bezahlt worden	2
Michael Kayser Unser Closner hat von seine so vilfältige Arbeith des Altars, worden seine das Eysen [illegible] nichts begehret [illegible] beschläg seind aber von einem andern Closner wegen gar [illegible] [illegible] gemacht, und wie obgemeldet mit 4. fl bezahlt worden	
	15 51
Summa	203 53

Die [illegible] die Gutthäter von welche auch nach geschechner Verkündigung zu [illegible] [illegible] [illegible] abgefangen worden, seÿnd [illegible] [illegible] die [illegible] verstreichen, erwarthen also den erfolg

approbatis incorrupti altaris

Wellen der Altar [illegible] [illegible] dem Gemaür auf [illegible] [illegible] hat müssen removiert werden, und solches gantz glücklich ohne Verletzung vorgenommen worden, ist solches [illegible] [illegible] einem Hochwürdigen Consistorio in Augspurg mit schrifftlichen bericht [illegible] gemacht worden, die darauf erfolgende [illegible] Antwort [illegible] diese

Auf das von 20ten passato wegen der beschehenen Removierung des Chor Altars [illegible] [illegible] wird hiermit [illegible], wie das [illegible] Altar kein neue Consecration bedürffe, [illegible] auf selbigem eine [illegible] celebriert werden können. [illegible] [illegible] [illegible] Protections [illegible] verbleibe. Augspurg den 24 Junij 1732 Johann Hardt [illegible] [illegible] vicarius [illegible]

Taber=naculu[m] — Nach disem ist dem frantzosen schreiner nach vorgelegt-
en riss der Tabernacul völlig auch in bildhauer arbeith II
zu stellen, anbey noch einige gesimps zu machen mit
30 fl. verdinget worden.

Pictoru[m] conten=tio. — Sobald der Altar aufgerichtet ware, ist ein hochweiser
Magistrat von allhiesigen mahlern öffters mit
ungestimmigkeit überloffen worden, die fassung des
altars keinem frembden, sondern ihnen als burgern
dem Closter zu überstellen, zu überlassen;
in disem geschäfft der H. Kilinger Secretarius wie dan
einem hochweisen Magistrat in das Closter von
abgeschickht worden, nit zwar befelchs weis wie einige
des Raths vermeinten, sondern bitt weis, die burger
vor andern lassen befohlen zu seyn, worauf die
antwort gewesen, das dermahlen das Convent
noch nit in dem stand seye die fassung derselben vor-
zunemmen, wan es aber mit zeit geschehen solte
würde man ein absehen auf die burgerschafft vor
andern getragen werden, wan anders selbige in
wovan fast zu zweiflen, die arbeith zu verfertigen,
vnd verschiden durch die
schon verfertigte altär gewitziget befinden andere
gewandtheit zu zu fassen, zudeme so stehe es ja XI
einem jedwedern Closter krafft gemäs deren
Privilegien frembde oder einheimische zu ihrer arbeith
an zunemmen, womit sich ihnen mit demüthigster eine fassung
gegen einem hochweisen Magistrat entladen.

Visitat[io] — Den 11 dises ist Ihro hochwürden P. Minister Pro-
vincial zu der visitatione allhier angelangt
vnd den 20 darauf ohne einige veränderung widerumb
nacher Neuhausen abgereiset.

In festo S. Antonij ist die Cantzel mit einer
lobwürdig befreyet worden von Ihro hochwürden XX
S. Antonio Fedel Carrschorn(?) in Freysingen der
Poeta umss... ist von Ihro hochwürden Provincial
abgesungen worden.

Fundatio 3 miss: £ 60 fl. — Den 21 dises ist allhiesigem Closter mit consens
Ihro hochwürden P. Minister Provincials von
Catharina Rudolphin geborne Mayrhöfferin IV
60 fl. mit obligation all jährlichen 3 h. messen
lesen zu lassen vbergeben worden, welche vorhero
bey Michael Crins burgern zu Dürnberg haiffen ...

capital — wie auch die 15 fl von Lorentz Röschlein angelegt worden.

Weilen A. R. P. B. Guardianus wegen abreiß zu dem Capitel sein Protocoll nicht hat vollenden können, also hat er mich P. Tobiam Händler Praesidentem ersucht, solches zu continuiren. dienet demnach

Capital abgelöst ohne Zins. — zur weiteren nachricht, dass erstgemelter Laurentius Röschle 17 Jahr von seinem Capital à 15 fl keinen Zins erlegt, da doch das anniversarium mit einer heil. Mess jährlich ist gehalten worden, deswegen er öfters vor dem geschwornen rath verklagt, und endlichen so vil seye effectuirt worden, dass man ihme das hauß verkaufft, das gelt aber auf die zechl Meister stuben genommen habe. woran man uns das Capital von 15 fl zugeschickt, von dem interesse aber keinen Creuzer bezahlt, mit vorwand, dass die herrschafftlich schulden an steür und schatzung vorgehen, haben also wür das

IV. — anniversarium 17 Jahr umbsonst gehalten. scheint also, dass ein gleiches bey anderen schuldnern in der statt ein gleiches sich ereignen werde, weilen man auf alles klagen kein hilff findet,

XI. — sondern gemeiniglich zur antwort ertheillet wird: man kan einen burger wegen der Clöster nicht verderben, folgsamb laufen die schulden auf, steür und schatzung vernehmen sich, biss endlichen die obrigkeit alles an sich ziehet, dass Closter aber bekombt pro anniversariis keinen creuzer.

Solennis translatio Corp. S. Christiani M. — den 17 Augusti wurde endlichen der heilige leib S: Christiani Mart: bey denen Closterfrauen zur offentlichen Veneration solenniter ausgesetzt und zwar auf nachfolgende weiß, weilen A. R. P.

XIII. — B: Guardianus solches zu inseriren befohlen hat.

Erstlichen wurde den 16 bey unserer kirch dass portal geziehret,

XX. — und nachts von einem unserer Patrum umb die 8 uhr von denen Closterfrauen der heilige leib in unsere kirch getragen. dess anderen tags aber wurde ein solennes ambt gehalten, der heil. leib wegen zulauff des volckhs von 4 Mann bewacht biss nachmittag umb 3 uhr. Excell: D: Decanus versamblete sich mit dem Venerabili Clero in der pfarrkirch, und verfüegte sich in der ordnung in unsere kirch; desgleichen versamblete sich ein wohl weiser Magistrat auf dem rath=hauss oder so genanten [illegible], und giengen gleicher in der ordnung in unsere kirch. Nach disem wurde die predig angefang

unter einer volkreichen versamblung, dise predig hatte A: R: P: B: guardianus selbsten gehalten unter dem text: fidelis servus et prudens. und ware in dem context: S. Christianus seye Patronus aptus et natus. Nach geendigter predig hielte Excell: D: Decanus Benedictus Storr die vesper cum Diaconis auß seiner fraternität, auf dise folgte die Procession per civitatem in nachfolgender ordnung.

(1)

Ein genius mit dem schild, auf welchem geschriben ware: S. Christianus Martyr, auf der rechten seithen ein anderer mit dem Statt wappen auf der linkhen ein anderer tragend in einem schild ein gemachtes verwundtes herz.

(2)

wurde daß crucifix zwischen zweyen liechtstökhen getragen. darauf truge man

(3)

etliche kirchenfahnen, welche sich selbst eingetrungen

(4)

Ein schäfer mit einem geziehrten Lämblein und einem schild in der hand mit der schrift: sequuntur agnum, quocunque ierit.

(5)

Ein schaar kleiner kinder als Martyrer mit palmzweig oder blumen.

(6)

Ein ferculum, Christianum vorstellend, vieler peyn und [illegible] trachtet. quis me separabit à charitate Christi

(7)

die RR. PP. Capucini mit wachs kerzen, wie alle religiosen und geistliche.

(8)

die RR. PP. Conventuales.

(9)

Ein ferculum, wo S: Christianus hinter einer statt-mauer die heydenthum oder ketzerey erlegt. die werden wider dich stritten und nichts gewinnen.

(10)

die RR. PP. Augustiniani

(11)

die RR. PP. Dominicani.

(12)

Chorus musicus mit trompeten und paukhen

(13)

Venerandus clerus.

1732.

(14)

Zwey rauchfaß und schiffl trager den heil. leib beständig incensirend

(15)

der heil. leib von 8 priestern aus denen 4 clöstern getragen, unter einem himel, welchen 4 raths herrn getragen haben. diß umbgeben und begleiteten 12 trabanten.

(16)

Ihro Excellenz Herr Decanus in pluviali cum Diaconis.

(17)

Ein fahnen, welchem folgte der wohlweyse Magistrat.

(18)

Ein ferculum, auf welchem fides, spes, charitas S. Christiano einen blumen=crantz aufsezte, Justitia aber den in dem himel zubereiteten sitz zeigete – qui vicerit, dabo, ut sedeat in throno meo

(19)

Vier löbliche zunften in ihrer ordnung mit fahnen und kerzen

(20)

hundert und siben bauren reyß soldaten mit trommen und fahnen.

(21)

der triumph wagen, auf welchem Christianus von Christo /: begleitet mit etwelchen heiligen :/ und Ecclesia stolam gloriae empfangen. die vier theill der welt praesentierten palmzweig. Germania praesentierte ein hertz, Christianus hielte einen schirm schild [illegible] mit der schrift ego te custodiam. der Engel hielte todt, teufel und fleisch gefangen, portae inferi non praevalebunt adversus eam.

(22)

die übrige 4 zunften mit fahnen und kerzen.

(23)

nach disem gienge Maria, Regina Martyrum, welcher folgten einige Jungfrauen die Martyrium praesentirt.

(24)

Ein ferculum stellte vor die 3 heilige, deren reliquiae allhier verehrt werden, namblich Christianum, Theodorum und Donatum.

(25)

die Closterfrauen

(26)

ein fahnen
die raths frauen.

(27)
unsere Tertiarier mit ihrem creütz.

(28)
daß Mutter gottes bild von 4 Jungfrauen getragen

(29)
die Sängerinen.

(30)
die übrige weiber schaar.

dise procession würde von unser kirchen auß geführet durch die gassen
gegen den schwanen würth den blaz hinab biß zu der spithall, auf
der andern seithen widerümben herauf, biß der pfarrkirch vorbey
und zu denen Closterfrauen, allwo mit absingung des Te Deum
für disen tag die andacht beschlossen würde.

den 18. hat Seine Excellenz herr Decanus daß hoche ambt cum
Diaconis gehalten.

den 19. warr vor dem hochen ambt abermahl eine predigt, welche
R. P. Mansuetus Weidmann gehalten unter dem text: dilectus meus
Candidus et rubicundus, in welcher predig er von dem heiligen Ludovico
als kirchen Patronen und dem heil. Christiano gehandlet.

den 24. warr nachmittag ein solenne vesper darauf ein predig, welche
von P. Tobia Vendter abgelegt worden unter dem text: nobile ex
nomine. da würde erwisen daß christianus seye verus christianus
gratia verus Martyr. nach geendigter predig würde der solennität
mit einem Te Deum Laudamus daß end gemacht.

primo sept: ist A. R. P. B. Guardianus alß Diffinitor Sueviae auf
daß Capitel nach offenburg abgereiset. hingegen ist pro hoc Conventu
den 18 sept. angekommen R. P. Florianus geiger filius huius Conventus
et natione Gamundianus.

Anno dni 1732.

A Mense Augusti.

1 I

Mense Augusto profectus est ad Capitulum Pro[vinci]ale celebrandum Offenburgi adm[odum] R[evere]ndus P. B. Guardianus huius Victor Thsan, et quidem Solus quà Deffinitor, cum discretum ex parité votorum eligere aut nequiverit aut noluerit.

Capit: Pro[vinci]ale

Die 7. 8. et 9. Septembris fuit celebratum Capitulum Pro[vinci]ale Offenburgi, ubi per maioritatem votorum renuntiatus fuit Minister Pro[vinci]alis A. R. P. M. Placidus Beüller Constantiensis, et Secretarius Pro[vinci]ae A. R. P. M. Leopoldus Wilht Offenburgensis. Guardianus verò electus pro hoc Conventu P. Alexander Herth, qui post octodecim annos Herbipoli insumptos, et post ibi pactum Guardianatum, hemiplexia tactus, ultimum annum impenderat Lectionibus Theologicis in defectum R. P. Lectoris Sigismundi Margraff ibidem in Dnò defuncti; sicq[ue] paulatim viribus resumptis Gamundiae quaesivit salubritatem aëris, et mutationem loci ità conducentem, uti Domino placuerit, in cuius manibus sunt sortes nostrae. Advenit autem neo-Guardianus hùc die 23. Septb.

I

Invenit neo-Guardianus Conventum successivè adunatum ex RR. PP. Rdò Patre Tobiâ Santner Vicario et pro tempore Custode, P. Ludovico seniore emerito et Infirmario ral Apoplexiae, P. Colonato, Chrysostomo, Alberto Procuratore, Jacobo, Alphonso Concionatore, Floriano, et Patre Thomâ; viris Religiosis, plerisq[ue] musicis et bene moratis: quibus accesserunt Laici, Fr Ludovicus, Abraham, Colmar, Abundantius et Simon. Deus nos conservet in pace et charitate suâ, quâ defacto vivimus, et vivamus illi, cui omnia vivunt.

October.

1X

600 fl. de f. Simone Laico.

Hoc Mense venit è Novitiatu Constantiensi Fr Simon Richter Laicus professus pro Culinâ applicandus: post cuius professionem vi antecedentis contractûs, ipsius professi parentes Elvaci habitantes ipsi Conventui statim solverunt 600. florenos, reservato ipsi adhuc Iure succedendi hæreditariè cum reliquis cohæredibus in bonis paternis.

800 fl. de f. Othmaro Clerico.

Eodem Mense professionem edidit Fr Othmarus patriâ Eustadianus, quo tempore in Dnò obierat professi Mater; unde R. P. Procurator quà Comissarius Conventûs discessit Eichstadium, ut intersit divisioni hæreditatis; qui et statim vi ibidem praecedentis contractûs attulit 800. florenos in numeratâ pecuniâ, vacandus suo tempore ad reliquam hæreditatem condividendam.

November, et december.

1X

ex eadem hæreditate plura.

Sub finem primi Mensis fuit vocatus Eüstadium præfatus R. P. Procurator à civilitate Magistratûs ibidem, ut intersit reliquæ hæreditatis divisioni, cui et interfuit, reportans inde sub initio decembris 342. florenos, exceptis adhuc centum et ultrà florenis ibi debitis, et intuitu huius fratris Clerici Othmari 1200. florenos et plus post annum solvendis; ità ut Conventus ex hæreditate traxerit.

1X

XV

Circa medium Novembris cecidit nix decumana, quâ frigus non mediocre comitabatur; ex quo malè augurari volunt annum futurum non recti oculis inspicientes: at nos, solum Deum respicientes, fingentem tempora et effectus temporum, meliora speramus in Dnò plurimum confisi, uti olim Machabæi.

affiliatio

1X

Die 9. Decembris abhinc ad Novitiatum Lucernensem abiit Adolescens Andreas Christianus Albert, natione Franco, sanguine meus ex sorore nepos, professione physicus inchoatus, et adminicularius Organœdus, Chelysta et vocalista, iam antea mense Octobris per unanimia susceptus in filium Conventûs huiatis; cui precor assistentiam ingem Spiritûs Sancti, ut quod spiritualiter cœpit, spiritualiter consummet.

Missalia

II

Eodem mense perfecti sunt Elwangæ tres Libri Missales, quarum duos feci ornari argento; ità ut serraturæ habeat pondus 30. circiter unciarum, vulgò Loth, quarum 26. sumpsimus de argento veteri duorum Missalium, reliquas 4. solvimus argentario, et 12. bazeos dedimus pro unciâ.

Morbi.

XV

Sub finem Mensis decembris paulatim hùc ingruit morbus periculosus incipiens à catarrho, et proficiens in pleuritidem, febrim malignam, imò apud quosdam in maniam; quod malum dictum Epidemicum, nedum hic, sed et alibi in civitatibus tum Catholicis, tum Acatholicis magnam stragem facit. Causa proxima forsan fuit ingens frigus antecedens, brevi dein in vaporem aëris resolutum. Causa autem certissima voluntas Dei operans ex motivis nobis ignotis: cui sit honor et gloria in sæcula sæculorum.

Annus dñi 1733.

Januarius.

Sub initium huius Mensis, scil. 7 Januarij P. Guardianus in Societate AA. RR. Priorum domini=
=cani et Augustiniani ac D. Syndici huiatis, se contulit Elwacum, ibidem inserviturus et gratu=
=laturus neo=electo Dño Præposito, Revmo et Eminentmo Electori Epõ Treverensi, Dño de Schon=
=born; sed frustra fecimus hoc iter, cum alte fatus Dñus eo tempore discesserit in Baldern ad suam
Dnam Sororem Comitissam de Schonborn. Quare complimento interim facto apud Revmum et gratio=
sum D. L. B. de Reichel, et apud P. Confessarium Celssmi, P. Capucinum, domum revertendum fuit.

XV

Die 20. Jan. P. Guardianus cum Ministris P. Floriano, et P. Chrysostomo habuit officium
solemne apud RR. PP. Augustinianos, Panegyrin verò in laudem Sancti habuit P. Alphonsus
noster Concionator Ordinarius. Stetimus ibidem ad prandium discretum, et medio quintæ domum
reversi sumus.

XX

Februarius.

Die 3. Febr. quaedam Dña vetula Catharina Nomine, misit nobis dono et gratis per domi=
=num Wackerer fratrem suum nostrumque Vicinum 25. florenos ad Ecclesiam applicandos,
quos et applicavi statim pro novo thuribulo argenteo, vetere destructo, utpote non plus
usui deserviente; prout et 6. Febr. proposui Patribus Conventus, singulis consentientibus.
Ratione cuius etiam P. Alphonsus mox scripsit Augustam ad quendam Argentarium Affi=
=nem suum: cum hic loci talia vasa argentea nequeant fabricari.

donatio ad novum thuribulum II

Die 18. cœpimus Miserere quadragesimale, ubi displicuit Expositio Venerabilis cum duabus
tantum candelis, ordinavit itaque P. Guardianus, ut expositio quotidiè fiat cum sex cande=
=lis pro augenda Dei gloria et populi devotione. Conciones honorificas per quadragesimam
habuit R. P. Alphonsus, et quidem easdem de syllabâ in syllabam, quas ante triennium
quidam composuerat et proposuerat Herbipoli; unde magno id labore stetit et industria
felicis memoriæ, ad Dei tamen honorem, et populi salutem.

Miserere XX

Martius.

Hoc Mense inchoante absolutum et erectum fuit novum Tabernaculum nostræ
Ecclesiæ; quod constat in toto 42. florenis, ità ut faber lignarius pro labore
suo ex pacto antecedenti acceperit florenos 22. et sculptoris florenos 20.
Adeoque totum Altare adhuc nudum et non vestitum coloribus, computatis sum=
=ptibus suprà positis constat de facto 279. f. 36. x. 2. H.

tabernaculu. II

computus novi Altaris

Eodem Mense circa finem solvimus sex novas sellas in Provincialatu positas /: antea enim nec
ullam reperi pro hospite honorario :/ et constant cum omnibus appertinentijs 22. florenis, et cru=
=cigeris 44.

Sellæ novæ. IX

Aprilis.

die primo Aprilis æditùus domus Parochialis misit /: uti assolet omni anno :/ ad me filium suum
/: cum ad alios plerumque misisset solum ancillam :/ prætendendo de Iure antiquato sex mensuras vini
pro communicantibus in æde Parochiali die sequenti: Verùm ego quâ civilitate eum excepi oppone=
=do nostrum debitum iam pridem extinctum propter vineas habitas Wittembergenses non nostrâ culpâ, sed
hæreseos prepotentiâ perditas; eâdem humanitate dimisi, monstrando reipsa, eum diâ 1. Aprilis /: ut
aiunt :/ aprilizasse, seu vulgò fuisse missum in Aprilem.

Vinu f. fer. 5. Cœnæ D. Ipsa fol. 7. Jag. fol. 46. IX

Die 29. Advenit plaustrum vini vehens septem amphoras Wittenbergenses, quod vinum pro nobis ex speciali
benevolentiâ coëmit optimus Vir et Dnus Köhler huiatis helper et postea director ad Aquilam, solvendo am=
=phoram in loco f. 13. et computatis sumptibus alijs nobis illud advehendo pretio f. 26. ex quibus nobis
donavit 6. florenos, ità ut amphora nobis non plus constet quàm f. 17. x. circ. 8.
Sed notandum, hoc vinum fuisse coëmptum paulò ante, quam sæva pruina et ferox gelu sub lapsu
Maio ferè omnes vinearum delicias decoxisset, quod revera miserandum, præsertim pro Viniatoribus.

Vinum emptum IX

1733.

Maius

II

Die 12. Maij missum fuit ~~Au~~ Augustâ ab aurifabro supradicto Thuribulum argenteum novum cum Naviculâ habens pondere 92. Uncias seu Loth, quod perfectum est ex thuribulo antiquo, et additâ quâdam quantite argenti novi. Constat in toto connumeratis omnibus, labore quoque fabrili, florenis circiter 124. adiunctis quoque illis 25. â Dominâ vetulâ oblatis, de quibus supra Mense Febr.

Thuribulum novum

IX

Die 30. Maij Advenit Candidatus Ordinis ex pago Ummenheim propè Neresheim oriundus Ant.us Grüber cum Patre suo Vito Gruber fabro lignario, et perceptâ suâ ad sacrum Ordinem susceptione pro hunc Conventu Gamundiano, fuit initus contractus novitialis Conventum inter et Patrem, vi cuius Pater praeter omnia ad Novitiatum necessaria spopondit Conventui solvere 300. florenos unâ cum lecto benè instructo, medietatem quidem in aggressu, et alteram medietatem in egressu Novitiatus, eâ tamen conditione, ut suo tempore detractis his pecunijs ~~a~~ cum ~~d~~ reliquis haeredibus paternam ineat haereditatem.

Susceptio f. Laici Petri Graber

Junius

IX

Die 9. Junij Conventus init contractum cum Pictore D. Jacobo Joanne Kummer ex pago Eybach (: frustra obnitentibus Pictoribus Gamundianis, utpote in arte pictoriâ minus peritis, si non ex parte omnino imperitis :) ratione Altaris nostri novi suis picturis et ornamentis coloratis investiendi. Promisitque D. Pictor illud suis sumptibus intrà trimestre circiter perficere, cui promisit reciprocè Conventus 400. florenos, absque victu, quem sibimet, et tribus socijs secum laborantibus procurare tenetur. Concessit tamen unam Cameram et lectum pro duabus personis.

II

XI

Contractus cum Pictore

XX

Die 13. Celebravimus Solenniter festum S. Antonij Paduani, ubi primum officium cantavit A. R. D. Parochus in Sekingen, secundum multo solennius plurimè R. et Excellentissimus D. Decanus et Parochus Civitatis, et panegyrin habuit A. R. D. Parochus in Westhausen Sacerdos Ordinis Teutonici.

Die 29. in festo Sti. Petri et Pauli P. M. Guardiaus de Lucâ A. R. et dignissimi P. Mri Provincialis in Sacello S. Antonij de Padua, solenniter etiam sermone habito, investivit suprafatum Candidatum Ordinis Antonium Grüber ut Novitium in Conventu hoc suo habitu instruendum, deditque ipsi Nomen Petrus Paulus. Aderat ipsius parens et quidam amici, qui et solverunt expensas pro lauto sabis convivio.

I

Investitio praefati f. Laici

Julius. Augustus.

XX

Julius nil quidem apportavit notatu adeo dignum. Unde quoad Augustum solum notandum est primò: Die 2. Aug. in festo Portiunculae Solemnitatem tum quoad panegyrin tum quoad Officium Solenne apud nos habuisse AA. RR. PP. Dominicanos, idque ex ratione sequente: quia praefati AA. RR. PP. solent quotannis habere apud nos Solemnitatem S. P. N. Francisci, quod cum hoc anno (: uti praevisum est :) inciderit in ipsum festum SS. Rosarij B. V. M. et PP. Dominicani fuerint impediti eo die ad habendam solemnitatem nostram, hinc suam in nos civilitatem (: ne debitum dicamus :) praevenire volunt, et festum S. P. Francisci AA. RR. PP. Augustinianis celebrandum relinquere. Quod in similibus festorum coincidentijs semper observandum est.

Festa

XX

2do Notandum, quod die 4. Augusti habuerit officium solenne apud RR. PP. Dominicanos Pater Guardius cum suis Ministris, et panegyrim R. P. Balthasar Concionator Ordinarius. In prandio aderant hospites plures quam plurimi. Circa 4 et Guardio domum petijt. A. R. P. Prior misso P. Alano P. Concionatorem et Procuratorem rogavit ad coenam, id rem petijt nobis insolitam, adeoque merito negatam.

3tio Notandum die 8. Augusti hic advenisse A. R. E. ac dignum P. M. Prolem et Commissarium Generalem P. Placidum Beütter ad instituendam suam primam visitationem, quem comitati fuere Magunâ, unde advenerat, A. R. P. B. Guardius Aegidius Baumeister et R. P. Franciscus Antonius. Visitationem habuit primis adventus sui diebus ita expeditam, utpote vix unâ horâ durantem, omnique ex parte satisfactoriam, tum ex parte nostrûm, tum ex parte Monialium ad S. Ludovicum, ut vix similem unquam visitationem (: praesertim ob aggravatos ex pondere passivos patriotica praedominantis visitationes, praevias Helvetorum :) conspexerim. Nec alia fuit absoluteo conformis scrutinio. Mansit sex diebus manentem, et exinde abeuntem Neresheimum in curru oblato ab spectabili inclyto Magistratu comitati sunt P. Guardius, et P. Procurator Albertus Ivasi, atque inde in pace reversi.

Visitatio

V

September. October.

II Die 27. Septembris inij contractum de Licentiâ Conventûs cum Sculptore Friatae de efin=
=gendâ nobis aliâ Icone seu Statuâ B.mae Virginis Immaculatè conceptae, pro Altari nostro novo,
quia Imago vestita erat nimis improportionata Altari tum ratione coloris Vestium, tum
ratione parvitatis. Promisi ergò illi solvere 12. florenos, et legere tres SS. Missas: ipsemet
verò Sculptor repromisit Statuam perficere intra 4. hebdomades, quod et factum.

Ss. Imago B.V. in Choro. II

Die 4. Octobris Solemnitatem Seraphici Patris nostri S. P. Francisci habuerunt AA. RR. PP.
Augustiniani ex ratione supra posita Mense Julio, et cantavit Officium Solenne A. R. P. Supprior,
P. Priore quandam infirmitatem praetexente, Panegyrin verò declamavit R. P. Nicolaus dicti Ordinis.

XX

Die 8. Octobris absolverunt laborem suum quoad nostrum altare majus (: quamvis iam ante
in eodem needum plenariè perfecto fuerit Officium Solemnizatum die 4. Octobris :) et hucusque
fuerunt soluti, usque ad futuram plenam solutionem 204. florenis.

Diebus 11. 12. et 13. fuit celebratum Villingae Capitulum Provinciae Intermedium sub praesidio Adm.
Revdi, Eximij, et Digni P. M. Provincialis et Commissarij Gen.lis P. M. Placidi Beütter, quo triduo fuit
expositum tum apud nos, tum apud Moniales ad S. Ludovicum SS. Sacramentum. Transierunt
hinc ad Capitulum R. P. Chrysostomus Lector Herbipoli quà diffinitor, et R. P. Augustinus
Concionator ibidem, et Encomiaster Capituli. Et redmes à loco Capituli, ultimus quidem ut
Guardianus Herbipolensis (: et quidem cum ingenti Guardiani Friatae dinrne affectantis, ut Conventus
Herbipolensis tandem haberet Solatium ex guberniis hominis capacissimi :) primus verò ut Lector
qui fuit, needum absolutus, attulerunt alia inter nova etiam Confirmationem perquam gratam
et acceptam P. M. Guardiani Friatae: quam etiam ipsmet praesentibus gratissimis hospitibus, alijsque
bonis amicis fecit publicari.

Capitulum intermedium

November.

Die 8. Nov. initus fuit contractus cum Pictore circa inaurandam Statuam B. V. Immaculatè
conceptae, ità ut Conventus ipsi petenti 30. florenos, promiserit 26. quo et pretio ipsam perfe=
=cit usque ad diem 24. currentis, quo et die posita est supra altare, in specialem decus et ornamentum
altaris, gloriam Dei, et ipsius almae Matris Immac. Conc. nec non singulare gaudium omnium aspi=
=cientium et venerantium tantam Matrem.

Imaginis praefatae deauratio II

Die 9. Novembris in Novitiatu Constantiensi Sacram Professionem Ordinis emisit Ven. Fr. Clericus
Elzearius Eyberger natione Suevus Elbangensis, huic Conventui affiliatus, eodemque die fuit emissus Fr. Elzearius
ex Novitiatu ad Studium Uberlinganum.

Professio Fr. Elzearij I

December.

Die 2. decembris hic advenit R. P. Mansuetus Brisaco, ubi antea Guardianatu functus est,
Vino ibidem ipsi non conducente, eius Antecessore R. P. Tobia Santner ad suum nativum Con=
ventum Ratisbonensem dimisso quà Vicario.

Die 9. hic advenit Uberlinga R. P. Lazarus Sartorius, ut Concionator Ordinarius, cuius
Antecessor R. P. Balthasar Bözel fuit promotus in Concionatorem ~~ad~~ Uberlinganum.

Die 14. huc advenit Dnus Joannes Eyberger Civis Elwacensis, cuius filius Elzearius Eyberger quà Fr.
Clericus in Novitiatu Constantiensi fecerat professionem die 9. Novembris, huic Conventui coo=
=ptatus in filium, atquidem magno cum gaudio et satisfactione Singulari Pater solvit vi con=
=tractus cum ipso initi 400. florenos per quatuor annos continuos solvendi, primâ vice f.
centum cum lecto ex integro novo et duplici eiusdem investiturâ: Dein obtulit Conventui 25.
pondo Carpionum et vinum excedens sufficientiam.

patrimonium praedicti Fris IX

Notandum, quod hic annus fuerit finitus inter timores terroresque bellicos, quos causavêre Copiae
Gallicae à Ludovico XV. ductae contra Imp. Carolum VI. in Alsatiam et circa Rhenum,
illic etiam Fortalitium Kehl obsidentibus et obtinentibus: ingerebatur timor et terror in toti
latè Sueviâ, omnibus securitatem bonorum suorum quaerentibus iam Mense Octobris ob formi=
=datam ulteriorem Gallorum irruptionem, à quâ tamen dextera Altissimi nos hucusque pro=
texit, et ultro protegat; esto totâ Europâ, praesertim Poloniâ et Italiâ in medijs bello=
rum flammis conrepantibus.

timor belli.

Annus Domini 1734.

Januarius.

Obitus F. Laici Ludovici

VI Annum hunc omnes quidem sani et incolumes coepimus, sed diu non perstitit haec integritas Conventus, inconstantia hac rebus humanis omnibus propria et inseparabili; quinto siquidem hujus Ven. Frater Laicus noster Ludovicus Saubold ad vesperam malo vehementi Iliaco oppressus, nec spem medici quidpiam relevatus, postero mane a P. M. Guardiano de more omnibus SS. Sacramentis provisus, ibidem ad vesperam pie obiit, omnibus praesentibus, animamque Deo recommendantibus die sexto Januarij in ipso festo Epiphaniae annorum circiter 72. Sepultus cum debitis caeremonijs, praesentibus tribus Ordinibus Religiosis, et dominis saecularibus asservantibus tam in die depositionis, [struck-through word], quam in die septimo et trigesimo, ante sacellum divi Antonij. R. I. P.

Februarius.

Lehenhof [?] in Lautteren

VIII Die 20. hujus certus Rusticus seu Villanus praedium nostrum in ~~Weiler~~ Lauteren possidens, dictus Petrus Koll volens hoc praedium vulgo ein Fallgut, cedere filio suo Joanni Koll noviter uxorato, de licentia Conventus debito modo requisita et contractu cum Conventu inito, solvit Contrib. 200. florenos, qui etiam filius Joannes postmodo praestito Juramento coram Dnis Consule Dominico Stoll et Consulente Herzog de meliorandis bonis immissus in dictum praedium obtinuit, literis ex utraque parte obfirmatis.

Martius.

Bullae pro Indulgentijs

IV. XIII. Mensibus elapsis plurimi continuavit correspondentiam Romam P. M. Guardianus cum A. R. Exiovia Patre M. Angelo Miller de Provincia Carinthiae Diffinitore et Assistente Rmi. P. Generalis, et quidem ratione certarum Bullarum ipso mediante a S. Sede Pontificia impetrandarum tam pro nostris Sororibus ad S. Ludovicum, quam etiam pro Ecclesia nostra; et quidem pro Monialibus Bullam iam obtinuerat Guardianus mense februario die 14. illius, continentem Indulgentias plenarias pro annua solemnitate Translationis S. Christiani Martyris; at bullae pro nostra Eccl. iam ante Roma expeditae hinc inde vagantes amanserant, et quidem usque ad diem 17. hujus quo devenere non per postam, sed per feminam ad ~~[struck]~~ portam illas afferentem, unde merito gratiae Deo agendae sunt et per S. Antonium hujusque sollicitudinem tum parvae, tum per sorores Moniales. Sunt autem hae

XX bullae continentes fraternitatem Beatae Virginis Immaculatae concessae, de quibus plura vide infra.

Aprilis.

Pictor

II Die 8. hujus solvimus ex integro Pictorem nostrum Dnum Joannem Jacobum Kummer i: de quo superius mense Junio:/ ratione altaris majoris perfecti in Ecclesia nostra, florenos centum, quos P. Guardianus alias quoque nonnullos labores Ecclesiasticos cum ipso contrahendi, sed tempestas Martis erat P. Guardianus alias quasi nonnullos labores Ecclesiasticos cum ipso contrahendi, sed tempestas bellica undique affulgurans dissipavit cogitationes pacis.

emptio vini.

IX Die 9. R. P. Procurator Albertus Jung abijt in Wirtenbergam, periclitaturus et empturus vina; et ecce non procul abhinc distito reperit vinum satbonum et nobile apud D. Curatum in pago Cronbach, a quo et emit amphoras ij. cum Immis: et vacuis 12. amphoram pro fl. 15. et aliquem Lutheranum, a quo et emit amphoras ij. cum Immis: et vacuis 12. ampheram pro fl. 15. et uno ducato Dno Parocho in ratihabitionem contractus. Vina haec a Vectoribus huc adducta sunt die 16. hujus, et cum omnibus sumptibus constiterunt 224. fl. 35. X.

Maius.

Visitatio

Die 8. hujus circa Vesperam huc advenit ex insperato Neoburgo A. R. Ex. P. Minister Provincialis et Commissarius Generalis cum suo comitatu, et habita Visitatione utriusque Conventus, tum nostri tum etiam Sancti-Monialium ad S. Ludovicum, cum non mediocri sui satisfactione et consolatione et sua et nostra, facto etiam circulo visitatorio Dominorum Civitatis praecipuorum /: quorum etiam aliquos ad Mensam habuimus, non obstante querela alicujus Fratris de numero superfluo hospitum

NB.

V. per annum invitatorum more civili, et non rustico et inurbano, quem ipse fortassis vellet inducere :/ Die 17. ejusdem viam ingressus est Mariae-Mayngam, quo proficiscentem comitati sunt usque in Altstatt P. Guardianus et P. Florianus Geiger, ab eodem neo-constitutus Vicarius Conventus /: quo etiam bibere post discessum :/ atque inde soluta refectione, domum reversi.

Junius.

Festum S. Antonij

XX Die 13. hujus celebravimus festum S. Antonij Patavini incidens, in diem primum et solemnissimum Pentecostes, unde noluimus invitare hospites, suique devotione abstrahere, quare P. Guardianus ipsemet habuit Processionem et Officium solemne, panegyricum vero praecomplem et expolitum A. R. D. Parochus in Zebingen, quam se habiturum iam ante annum sibi spoponderat.

1734.

VI. Eodem anno vel circa meridiem pijssime in Dno obijt Dominus Joannes Burckardus Stahl, noster olim per plures annos Vicinus et insignis benefactor, cum esset Mercator praepotens et gravis nedum pondere aeris, sed et, quod illustrius est, excellentia virtutis, quam ijs contestandam relinquo, qui ex communi conspectu tenerrime novere virum. Hic mortuus in festo Pentecostes, simul et festo S. Antonij (: quam in parti celebrat :) elegit sibi sepulturam in nostro Sarcophagio, ubi et sepultus iacet ad dextrum latus portae hinc ingressus ad Sacellum S. Antonij. Exequiae ipsius seu funeralia ad 30. dies habita sunt quotidie comparentibus omni et celebratis pluribus Sacrificijs.

Professio F. L. Petri

I Die 29. huius exacto hic Novitiatus anno sub directione R. P. Alberti Jung Procuratoris, Religiosam Pro=fessionem deposuit in manibus P. M. Guardiani ab Eximio P. M. Prolis Subdelegati, Fr. Laicus Petrus

IX Carolus Gruber filius huius Conventus, in summo Altari Ecclesiae, multis Saecularibus praesentibus, ac etiam ex Monialibus S. Ludovici, ubi Guardianus habuit exhortationem ad Professionem, id et reliqua habitus solemniter cum hic actus valde raro hic solet accidere. Facta Professione Parens professi solvit Conventui alteram medietatem pecuniae contractae, florenis 150. iam in ingressu Novitiatus solutis, addendo alios 150. florenos, adeoque 300. florenos, praeter 50. alios datos pro Victu Novitiatus.

Julius.

Bellum

Hoc mense nil memoratu dignum accidit, nisi bella et horrida bella, dum Galli sicut confoederati cum Hispanis et Sabaudis in Italia plurasque Caesareis multum numero inferioribus diripuere fortalitia, ita et prope Rhenum admodum numerosi, et hostendum circumvallati, post bimestrem obsidionem, et heroam vero resistentiam factam ab Excellmo Dno Generale de Wutgenau, die 19. huius for=talitium Caesareum et Imperiale Philippopolim (: Philippsburgum :) ad deditionem coegerunt. Deus propitius cohibeat ulteriores hostiles in- et progressus.

Augustus.

Festivitates

XX Die 2. Augusti solenniter celebravimus festum dictum Portiuncula, ubi Concionem, Processionem, et Officium solenne habuerunt RR. PP. Augustiniani, et Concio=nator habuit Panegyrin exquisitissimam mixtam cum doctrinis moralibus. Fuerunt autem et A. R. P. Prior, et Ministri, et Concionator omnes franconi, nuper post Capitulum Provinciale in Mro Priore noviter electo, A. R. et Eximio P. Sigismundo Büttner nuper Herbipoli nuper Collegij hic de familia collocati. Adfuitque A. R. et Exim. P. Mro Priore Dominicanorum, et apparuit tum celebrando in Ecclesia, tum manducando in Mensa, cum A. R. P. Praesentato Priore et P. Dominico. Praeter etiam adfuit Plurimum R. et Excellmus Dnus Decanus Civitatis, cum quinque vel sex Dnis bene=ficiatis, cum tota Alma Fraternitas Sacerdotalis fuisset invitata ad prandiolum nostrum, quod non erat nisi Portiuncula.

XX Die 4. Augusti festum S. Patriarchae celebravimus apud RR. PP. Dominicanos, ubi habuit Officium solenne et Processionem P. M. Guardianus cum suis Ministris, panegyrin autem R. P. Lazarus. Postea ad prandium speciali civilitate affecit praeses A. R. P. E. Mri Prioris P. Guardianum, etiam tergiversanti et coacto ce=dere primum locum, et hoc ob avitam familiaritatem nostrorum SS. Patriar=charum Francisci et Dominici, ex quo et Superiores nostri Provinciales regulariter imitandas habent leges reciprocae humanitatis. Caeterum adfuere hospites plurimi circiter 80. quod mirandum, non autem nobis imitandum est.

Festum apud Sorores

XIII Die 22. Augusti, Dnica post Assumptionem Bmae Virginis, primum vice hoc anno solem=niter celebrata fuit ad S. Ludovicum Translatio S. Christiani M. cum promul=gatione praevia Indulgentiarum plenariarum, quae una cum Bullis nostrae Confratr. (: de quibus infra Mense Decembris :) obtinueram Romae ope et industria Admi

Adm̃ Rev. Eximij P. Mag̃ri Angeli Müller Assistentis Gen.lis et Oratoris pro Provincijs
Germaniæ. Vespera prima, et cætera omnia fuerant cum expositio Ssmi; et fuit magnus
concursus populorum tum in officio solemni, tum in secundis Vesperis. Celebrârunt
etiam plures ex nostris ibidem, et unus sacerdos excepit Confessiones saecularium.
Moniales miserunt nobis in recognitionem Assaturam carnis et 4. Mensuras Vini.

September, October.

bellum. Mense Septembris nihil adeo notabile occurrit, nisi quod bello saeviùs grassante
cum frequenti strage Germanorum ab exercitibus multùm numerosioribus hostium trium
et confœderatorum, Gallorum, Hispanorum, et Sabaudorum, rumor interim sparsus fuerit alicujus
De ea prophetiæ, aut saltem pseudo-prophetiæ, quasi veri aliqua Sancti-moniales in Germania, alij
Prophetia. volunt ex Italiâ (: Spiritu prophetico afflata prædixerit, post bellum horrendum in bonum
Cæsaris feliciter finiendum, subsecuturam esse pestem longè sævissimam, à cujus sævitia omnes
liberandos, qui pane et aquâ jejunaturi essent in aliquo sabbato; unde dicebantur ferè omnes
per diœcesin Constantiensem et Augustanam jejunasse, præsertim in Civitate Elwacensi; unde
rumor hic volavit ad nos. Ex quo et nos

jejunium Die 2. Octobris, in die Sabbati et festo S. Leodegarij, nè simus scandalo, maximè saecularibus
extraordinarium pestem austerè jejunantibus, per totum diem jejuni, ad collationem pane et aquâ contenti fuimus,
excepto seniore Patre Ludovico, qui solitam refectionem sumpsit. Sit ut sit, prophetia vera,
vel falsa: Nos jejunavimus cum intentione bonâ et optimâ, quæ judicat omnes.

XX Die 4. Octobris celebrarunt solemnitatem seraphici Patris nostri AA. RR. PP. Dominicani,
et posteà manserunt quatuor ipsorum ad Mensam satis lautè instructam. Invitaveram
NB. quoque totum Magistratum ad Mensam, sed non comparuerunt, nisi quinque vel sex; unde
hæc Cæremonia deinceps erit omittenda.

November, December.

Cum initio hujus Mensis Novembris cœpit frigus peracutum, quod etiam perduravit toto
Mense, et in tempus adventus usque sese extendit, paulatim tamen appropinquantibus ferijs Dñi
Natalitijs in mitiorem temperiem decrevit.

XX Die 28. Novembris dominicâ primâ Adventus primum Rorate cantavit cum suis Ministris
ipse Pater Guardianus, et noluit invitare aliquem ex RR. DD. Beneficiatis neque pro
hâc neque pro alijs diebus totius Adventus, nè Conventum ipsis redderet obligatum pro
NB. habendo posteà Convivio, etiam nauseante stomacho recipiendo, ut contigerat Anno
præterito, quod non nemo recedens murmuraret, et modum tractandi optimè pa=
=ratum, suo judicio perperam cavillaverit.

Confraternitas Die 8. Decembris in festo Immaculatæ Conceptionis B.mæ Virginis Mariæ fuit in Ecclesia
Imae: nostrâ noviter erecta et festivissimè solemnizata Confraternitas inclyta sub Titulo et
Conc. B.V. Veneratione ejusdem Virginis Immaculatæ conceptæ sequenti ordine:

XX Primò, postquam P. Guardianus iam obtinuerat operâ et labore Adm̃ R. et Eximij P.
IV. Mag̃ri Angeli Miller è Proṽ Carinthiæ, apud Rm̃um P. Mrum Genlem Romæ Assis=
=tentis et Procuratoris seu Oratoris pro Provincijs Germaniæ, duas Bullas à Sacrâ
Sede Romanâ datas sub die 15. Januarij hoc Anno 1734. Et has bullas fecerat con=
=firmari et ratificari apud Rev.mum et Seren.mum Ordinarium Augustanum Sigis=
IV. =mundum Alexandrum, operâ et labore A. R. P. M. Leopoldi Witsch Secretarij Proṽæ
et Assistentis, quod factum est die 19. Julij, idque summo sub silentio, nè quidam forte
contradictores hujus devotionis Marianæ (: quales etiam, sed serius, acriter obstrepuisse
persensi :) possent impedimentum quoddam, aut retinaculum objicere, postquam hæc omnia
iam in securo posita sunt:

2do

2dò P. M. Guardianus accessit plrm Rendum et Consultissimum Dnum Parochum Civitatis et Decanum Benedictum Storr, eique exhibuit et Bullas Pontificias earum Con=firmaem factam à Revmo Ordinario, qui recognitis omnibus, benignè (sicuti debuit) annuit in promulgaem Confratis erigendæ et Indulgeearum, dummodo Cursus Ordinarij servitij et cultus divini in Ecclesiâ suâ Parochiali eo tempore non impediatur nec diminuatur. Quare Adm P. M. Guardnus fecit imprimi Schedas nuntiatorias, aliasque Confrati proprias, et procuravit Augustæ fieri Iconem B. V. Imæ Virginis, eamque exprimi in ipsis Schedis. Fecit etiam ornari Ecclesiam in- et exterius in ingressu Portalis, appendendo Tabellam no=viter pictam cum inscriptione: Indulgeá plenaria. Quo facto

3tiò die 7mo decembris habitæ sunt primæ Vesperæ Musicaliter cum Expositione et Benedictione SS. Sacramenti tum ante Vesperas, tum post Alma Redemptoris etc.

4tò die 8. seqti Manè statim horâ quartâ inchoavimus Matutinum, et absol=vimus divinum Officium usque ad Tertiam exclusivè, post venit A. R. P. Præsen=tatus Prior Dominicanorum /: is habet omni anno hâc die habet officium :/ vel cum suis proprijs, vel cum nostris Ministris, cantaturus Rorate, quod etiam cantavit immédè horâ sextâ, dando ante et post officium benedictionem cum Ssmo, et cum solito cantu: Tantum ergo etc. Genitori etc. Quô finito iam stetit in Ca=thedrâ primus panegyrista A. R. P. Gabriel Franco Ordinis S. Augustini, qui habuit exquisitam Concionem primam in laudem Immac. Conceptis et Confraternitis sub hoc Titulo hîc hodie erigendæ.

5tò: Finitâ concione mox fuit reexpositum SS. Smtum cum Cantu: Tantum ergo etc. /: quod hâc vice exposuit ipsemet A. R. P. Prior Augustinianus :/ et dein immédè dictæ sunt Horæ Minores à nostris: missaque continuò alternatæ sunt lectæ coram SS. Smtô usque ad horam 10. quâ ultimâ finitâ fuit denuò repositum SS. Smtum cum cantu: Genitori etc. Nostris interim occupatis in Confessionibus audiendis, et admi=stratione Ss. Eucharistiæ, in Sacello S. Antonij cum transportato Ciborio faciendâ.

6tò: post prandium horâ 12. fuit in Ecclesiâ nostrâ Concio secunda habita à M. R. P. Mansueto Vicario et Diffinitore in laudem tum Bmæ Virginis tum neo-erigendæ vel iam ex parte erectæ Confratitis. Post quam immédè fuit habita processio cum Ssmo extrà Claustrum et Septa Monasterij, sub cantu Lytaniæ Lauretanæ, interponendo Hymnum: Ave Maris Stella. Post processionem manente exposito Ssmo Sacramento, cœperunt Vesperæ Musicales, et post has Antiphona: Alma Redemptoris, cum Lytanijs Lauretanis, et his finitis habitæ sunt variæ Orationes, quæ habendæ sunt ex Libro Confratis, et data est ultima benedictio cum cantu: Genitori Genitoque etc. Sicque tota hæc solemnitas fuit clausa pro primâ Die. Notandum, quod functiones has pome=ridianas habuerit P. Guardianus, quanquam et alius sive ex nostris, sive ex extraneis illas obire potu=isset. Illo dein Vespere, sicut et diebus sequentibus diebus magnus numerus fidelium adscribi petijt Albo Confratis, quod et solertissimè fecit M. R. P. Vicarius, qui pro tempore semper est Præses Confraternitatis.

7mò: Cùm in ipso festo Bmæ Virginis Immac. non fuerit tempus ad id vacans et congruum seu con=veniens, ideo P. M. Guardianus voluit invitare eos qui operam suam festo impenderunt, pro die seqti, id erat dies Jovis, quo ad prandium comparuerunt A. R. P. Præsent. Prior Dominicanorum cum Socio A. P. Dominico, A. R. P. Prior Augustinianus, cum A. R. P. Suppriore Panegyristâ percelebri, Item duo Musici virtuosiores, quorum industriâ hoc tempore Adventus ut plurimum indiget Chorus et Musica nostra, qui et honestâ refocillatione sumptâ inter amicos discursus circà tempus Vesperarum denuò discesserunt.

11

8vò

40. XX 8vo: Die 12. Decembris, utpote die Dnica infra Octavam Immac. Conceptois, et prima inter quatuor Dnicas ~~int~~ a Confratritê per annum electas /: quod videri potest in Litteris Confirmatorijs, et Schedis ipsis Confraternitatis :/ Cantato mane hora sexta Rorate, processio inde fuit habita per claustrum cum Ssmo, cantata Lytania Lauretana et interposito hymno: Ave Maris Stella, qua finita mansit expositum Ssm, et dicta fuit Missa, et interim fuerunt recitatae a nostris horae Minores, et post haec repositum Ssim cum benedictione, et Cantu: Genitori etc. Sed notandum, quod in reliquis tribus Dominicis per annum tamquam festis Confratritis processio habeatur hora 7. et post processionem Sacrum Solemne celebratur manente exposito Venerabili, post quod reponitur cum Cantu Genitori etc.

Post prandium hisce diebus Vesperae habentur vel figurales, si fuerit Concio hora duodecima, vel Chorales immixto Organo, si Concio non fuerit, dein Antiphona de more Ecclesiae solita, postea Lytania Lauretana, idque vel figuraliter vel Choraliter, prout contigerit incidentia dominicae, et dabitur seu Affluxus seu defectus Musicorum; deniq a Sacerdote cantabuntur Orationes pro Confraternitate, et omnia claudentur cum benedictione Ssmi Sacramenti sub his omnibus semper expositi, cantando in principio: Tantum ergo etc. et in fine: Genitori, Genitoq etc.

9no: Advertendum, quod haec Alma Confraternitas inchoata sub Titulo Immaculatae Conceptionis hoc Anno 1734. per Marianum Zelum Superiorum et reliquorum Confratrum, maxime Auspice deo et Bma Virgine, deinceps augeri possit et debeat; praesertim si Anno sequenti, vel Annis sequentibus Nomina illorum fratrum et sororum, qui hoc Anno in Dno defuncti sunt, petantur, atq in libro particulari descripta legantur in Solenni Requiem habendo immediate post festum Titulare Immaculatae Conceptois; in quo fratres omnes et sorores comparebunt, et oblationes suas facient, quod tamen antea in die festo conceptois e cathedra denuntiandum erit. Item poterit cum tempore ex Elemosynis fidelium fieri Labbarum seu vexillum Confraternitatis, et in eius picturam Iconis Immac. Conceptois ex una, et S. Antonij ex altera parte, quod vexillum erit circumferendum in processionibus a Confrate per Annum habendis in quinq diebus festis.

10mo: Atq haec sunt, quae pro debita informatione Superioris Localis de fundamentali Erectione huius Confraternitatis huic Protocollo inserenda censui. Det Deus ter opt. Max. ut quo pede, qua intentione, quo Spiritu et fervore coepit, eodem sed maiori et iugiter ardentiori progrediatur, et ad maiorem Dei gloriam, ac splendorem Immaculatissimae Virginis, animarumq salutem promoveatur, augeatur, amplificetur et dilatetur. Deniq ut sciat Superior, quo loco et Scrinio Bullas et Litteras Confratis huius reperire debeat, in aeternum duraturas et valituras, quaerat in Archivio. Litt. L. et omnia ordinata inveniet, orabitq pro primo et indigno huius Confratis Motore. F. A. M.

Annus Domini 1735.

Januarius.

XX Hunc Annum 1735. omnes (: deo sint laudes :) salvi et incolumes inchoavimus. Die 20. Mensis Januarij P. Guardianus cum solitis Ministris habuit Officium solenne apud RR. PP. Augustinianos propter festum S. Sebastiani, et panegyrin habuit R. P. Lazarus. Mansimus dein quatuor ex nostris cum alijs dominis hospitibus ad mensam, et circa horam 4. domum re=meavimus.

XV Die 26. P. Guardianus in comitatu AA. RR. PP. Priorum Dominicani et Augustiniani profectus est Elbacum ad habendam Audientiam Revmi. Electoris Trevirensis, quà Praepositi Elwacensis, suisque Conventus illi recommendandus, quod postquam factum fuit, dicto Principe nobis multum affabili et divite ac liberali in promissis, domum rediimus non sine magnis impensis itineris et tempestatis ferè impracticabilis, et modico cum effectu promissorum; quod nec mirandum, cum Princeps ipse suo Electoratu expulsus fuerit propter irruptionem hostium Gallorum, sederit Elbaci quasi in exilio.

Februarius, Martius.

II Februarius hoc anno nil memorabile atque notatu dignum tulit, nisi notare volueris frigus, quod hoc anno saevius et productius fuit annis praeteritis.
Mense Martio perfectum est novum Sepulchrum pro hebdomade Sanctâ fabricandum, et erigendum in nostro peristylio prope Sacellum S. Antonij, quod praeter labores fabriles à nostro Fr. Laico Petro paratos, constitit penes pictorem huiatem Joannem Felderer triginta tribus circiter florenis, emendicatis horum mediatate eleëmosynis tempore quadragesimae per nostrum R. P. Thomam Fall. — *Sepulchrũ Sacrũ noviter constructũ.*

Aprilis.

IX Die 28. praeteriti Mensis Martij in sero hic advenerat A. R. P. M. Secretarius Prov. Leopoldus solus cum Fratre Laico Ludovico, quà Comissarius Provinciae, cum dignissimus P. M. Provinciae ex suo affectu pleuritico remanserit decumbens Lenzij. Is visitatione sua omnibusque cum summa satisfactione peracta perrexit Mayngam die 4. Aprilis, quem usque in Ahlen comitatus fuit P. Guardianus cum P. Lazaro, ubi sumpto invicem prandiolo separati sunt in osculo pacis et charitatis. — *Visitao.*

Die primo Aprilis abhinc discessit Constantiam ad Novitiatum Juvenis Josephus Franciscus Amman Straubingensis Baier, huiusque conductus à R. P. Tobiâ Santner, ab isthoc Con=ventu susceptus in filium, cuius Dnus. Pater promisit Conventui solvere ante pro=fessionem mille florenos praeter alia, uti videndum est in Archivio. Is modo vocatur Fr. Honorius, cui deus optimus det gratiam, et sibi honorem. — *Susceptio f. Henrici Amman.*

Maius.

Die 11. ~~Augusti~~ Maij hic advenit Admodum R. E. Pater Magr. Prior Provincialis RR. PP. Augustinianorum, P. Sigismundus Büttner, cui mox sequenti die 12. servitia mea deposui ex antiquâ tenerâ familiaritate Herbipoli contractâ, ubi pluribus annis fuimus collegae in docen=do. Is sequenti die 17. invitavit ad prandium quatuor ex nobis, in quo et comparuerunt Pater M. Guardn. et P. Coloradus, P. Gennadius, et P. Albertus, liberter ad hilaritatem de vino extraordinario Franconico. Inde à nobis reinvitatus ad prandium die 18. Maij comparuit Sicut Eximius P. Magr. Provincialis cum suo Secretario, A. R. P. Priore et Sup=priore, quos ut honore tractavimus, quem nostra notis debilitas et paupertas suggesserat. Abscessit dies aliquot post Dillingam petens me comitem in viâ et hospitem in termino; ast ego maluit faci permanendo domi, ob continuas tempestates pluviae hoc tempore ingruentes.

Junius, Julius.

XX Die 13. huius incidit festum Sancti et Thaumaturgi nostri Patris Antonij Paduani, in quo ex dispositione ~~[illegible]~~ Guardiani Solemnitatem habuerunt (: cum possit invitari quilibet ad libitum Superiorum :) Domini Clerici Saeculares, ità ut primum Officium horâ 6. cantaverit R. D. Schedel, concionem pernatam declamarit A. R. D. Eych parochus in Zimmerbach, et secundum Officium Solemnizaverit A. R. et Excell.mus D. Decanus Storr huius ministrantibus duobus beneficiatis, quorum et singulos P. Guard.nus invitarat ad prandium, sed non comparuêre nisi quinque, qui cum alijs DD. Parochis et DD. Saecularibus modesti adfuerant mensae, et ad horam circiter 4tam discesserunt.

Comissarius pro nostra Prôa. Die 10. Julij inopinatò ad me litteras dedit ex Brunâ Civitate Moraviae A. R. Ex. Pater Mag.r Angelus Miller ex Prôa Carinthiae, Assistens Rev.mi P. Mris Gen.lis pro Prôis nostris Germaniae, et nunc Comissarius eiusdem ad easdem, cum quo quâ Romae subsistente iam aliquot ante annis per literas habueram comercium litterarium. Is mihi humanissimè scripsit, se ad me animum sibi ex litteris natum in hac Prôa habere maiorem confidentiam, adeoque mihi communicare, se de mandato Rev.mi Fratris denominatum Comissarium pro nostrâ quoque Prôa visitandâ, et pro Praeside futuri

V proximè Capituli Prôalis, adeoque se petere à me tum instituendi ad nos itineris instructionem, postquam 14. Augusti praesedisset quoque Capitulo in Austria celebrando, tum et in caeteris informationem. Rescripsi illi proximâ postâ die 13. Julij, dedique informationem, quam fas erat et aequum, insuper eum invitavi, quatenus dignaretur iter suum versus Gamundiam dirigere; Scripsi quoque eâdem postâ Dig.mo P. Mro Prôali, eique de omnibus his dedi notitiam, et expecto hodiedum id est 23. Augusti litteras vel responsorias à dicto P. M. Comissario, vel citatorias à P. Ministro Prôali, sed in vanum. Nescio quo omine, fortè Capli longius differendi etc.

Augustus.

XX Die 2. huius solitas caeremonias habuerunt in festo Portiunculae AA. RR. PP. Augustiniani, et expolitam quidem Panegyrin A. R. P. Supprior P. Gabriel Schwab, natione Francus, qui et ante annum egregiè peroraverat. Invitaveram ad prandium totum Inclytum Magistratum, verùm nec Medietas eorum comparuerat.

NB. Die 4. in festo S. P. Dominici P. M. Guard.nus cum suis Ministris cantavit officium solemne, habitique

XX Concionem proferente P. S. Lazaro. Manserunt nostrâ Processione apud RR. PP. Dominicanos, Concionator, et duo Fratres Musici; quod Sex apud prandium, scil. Guard.nus cum Ministris et Concionatore, et duo Fratres Musici; quod et usus obtinuit in festo S. P. N. Francisci, ut maneant Ministri et Musici Dominicani, si qui sint. Illud insuper stupendum erat, quod ad Mensam habuerint hospites Saeculares plures quam Conventus habet, et fratres Domini sunt, id est, Dominicani.

Interim fuêre apud RR. PP. Augustinianos in Solemnitate
XX Die 28 huius in festo Magni P. S. Augustini P. Guardianus et P. Bonaventura, ubi modus tractandi et inserviendi plurimis hospitibus erat extraordinarius, et redivimus domum optimè satisfacti post 4. vespertinam.

Die 31. et ultimo huius recepi litteras à Dig.mo P. M. Prôali nostro ratione tardantis nostri Eximij P. M. Commissarij: sed ego iuvare non potui, cum ipsemet toto hoc mense expectaverim litteras ab eodem, nullas tamen obtinuerim.

September.

Comissarius praedictus V Tandem septimo hujus scripsit mihi R. P. Augustinus Simonis Coadjutor Parochi, in absentia R. P. Vicarij Tobiae Sandner Ratisbonae, A. R. P. M. Commissarium ibidem advenisse iam primo hujus, et recta per Augustam profecturum Constantiam ad dignissimum nostrum Prôalem. Ast decimo sequenti accepi literas à dicto R. P. Vicario, memoratum Eximium P. M. Commissarium de repente evocatum Viennam ad certam Rebellionem discoli

1 cujusdam fratris sedandam, quo et illuc ivit. Interim tamen Ratisbonae Custodibus

nomine suo Capitulum indicendum pro die 15 Octobris. Verum die 25 7bris habui alias litteras ab eodem R.P. Vicario dicentes, E. P. M. Commissarium mentem suam mutasse, et velle Capitulum celebrari die 22 Octobris, et quia mutatione ista apud nonnullos iam ad 15 Octobris vocatos nasceretur confusio, aut inanis circumvagatio.

October

Die 4 hujus celebravimus festum Seraphici P. N. S. Francisci, ubi solemnitatem annuam habuerunt A.A. R.R. P.P. Dominicani decantando offi[cium] Div[inum] A[dmodum] R[evereno] Eximio P. Praesentato Priore, et declamante Panegyrin Conspicuo Concionatore. Ad prandium fuerunt hospites honorarij satis numerosi, quamvis Pater spiritualis ex affectu chiragrico non comparuisset. XX

Die 7timo hujus R. P. Custos Angelus Paul Lector Maynganus transcripsit mihi ex mandato P. M[agist]ri Croatis, Capitulum celebrandum infallibiliter die 15 Octob. unde ego consilium ex arena sumere debui, et discreto nullo electo partim propter paucitatem Patrum partim ob sumptibus parcendum, ceteris rebus Conventus dispositis, in ipsa post solemnitate translationis S. Felicis a Vitoria die 10 Octob. cum M[agistr]o R. P. Mansueto actuali diffinitore discessi in Nomine D[omi]ni, cui laus et gloria in secula. Amen

Capitulo Provinciali

Anno. 1735.

A Mense — Novembris.

Die 16. 17. et 18. octobris celebratum fuit Constantiae Capitulum Provinciale, ubi unanimi votantium consensu, non sine omnium applausu et gaudio, renuntiatus est Minister Provincialis A. R. P. Mgr Adrianus Meyer Villinganus, Secretarius Provinciae A. R. P. Mgr Franc. Dominicus Schenckh Offenburgensis, Guardianus verò hujus Conventûs Neo-guardiae electus fuit P. Michael Lutz de Uberlinga, qui

I 31. Mensis Novembris in sero hic appulit, et invenit sequentes Patres Marquardum p. t. Vicarium, Custodem et Concionatorem, Ludovicum Seniorem et infirmarium, Colonatum, Josephum in Custodia detentum, Gerardum, Lazarum, Albertum Procuratorem, Bonaventuram, Jacobum Seraphicum et Thomam; quibus accesserunt Laici fratres Paulus, Abundantius, Abrahamus, Petrus et Simon. Deus conservet nos in sancta pace.

Invenit Neo-Guardianus in arca trium Clavium florenos 129. Sed postea in numerata pecunia tantum inventi sunt floreni 86. Error tandem detectus est à P. Procuratore: In vino 25 circiter amphorae vulgo Aymer, relictae sunt. an Dünkhel 5. malter. an roggen 2. malter 4. Rthl. an habern 8. malter. 11. Rthl.

November, December.

XIII Mense Novembris Moniales nostrae ad S. Ludovicum Superiorem moverunt suam Causam, Guardiano agente, apud inclytum Magistratum ratione horti Dni Joannis Ihlin.

17. Ejusdem mensis emanabat conclusum Senatus: Es solle alleß bey vorigen ergangenen Rathß-beschaidt sein verbleibens haben, doch aber solle aller excess vermiden werden.

XIII 19. Die Nominalitio Moderna D. Matris ad S. Ludovicum, sic ac subdiacono, sic cantavi Offm sine Ministris Di — Nominalizante: ad Cantum prandium celebatur à Dna Nominalizante; ad cantum prandium meum aderant A. R. P. Licentiatus seu praesentatus Prior meum, aderant A. R. P. Dominicus Stahl Germanus frater Dominicanorum, R. P. Dominicus ipsius Dnus consul et praefatae Dnae Matris; item Parens ipsius Dnus Parochus in Zimerbach Antonius Pater Spiritualis noster, Dnus Parochus in Confessarius extra-aich, P. Procurator Albertus Jung ut Confessarius Dnus Schlecht Beneficiatus. Dna ordinarius, A R et Clariss. Dnus Schlecht Beneficiatus, Dna Königin, und alte Farborin.

22. Dimissus est P. Seraphinus May in plena gaudia Hagenoam.

25. in festo Nativitatis Dni circa legendas missas apud Sorores, vide in Directorio Ecclesiastico à P. Bernardino Müller conscripto.

30. Obiit Werdensteinium P. Thomas Falb, Organedus, filius Conventus. de quo vide infra.

XX 8. Decembris A.R.P. Praesentatus Prior Dominicanorum votam cantavit cum suis Ministris.

Eodem praeter omnem spem misit D. Georgius Stahl Consul 3. mensuras rubri et optimi vini (ut ajebat acida) propter habitos hodie labores.

IX 10. omnibus sacris munita est Ven: Soror Maria Antonia aegre decumbens. 12. ejusdem schickt Joannes Eyberger von Ellwangen 100. fl auf abschlag seines Contracts ratione fratris Elzearij filij sui hic Conventualis. — *100 fl ratione fr. Elzearij*

19. advenit cum patentibus Hagenoa P. Sigismundus Michel

Anno. 1736.

Januarius et Februarius.

II Sub initium mensis Januarij scil. 2do ejusdem Eustadio agens Dnus Parens A.R.P. Mansueti 100. fl vi testamenti et pie legationis cujusdam tertiariae pro missis à nobis lectis in Ecclesia Monialium nostrarum. — *100 Legati pro missis*

12. Maria-Mayega mittitur R.P. Alexius Minder in subsidium nostrum.

XX 20. P. Guardianus cum Ministris PP. Bonaventura et Sigismundo officium solenne celebravit apud RR. PP. Augustinianos, Concionem habuit R.P. Mansuetus Vicarius et Concionator noster Ordinarius, pransique ibidem ad prandium, et circa horam quintam domum redij cum P. Concionatore, Ministrantibus permanentibus usque in seram noctem, ubi non sine scandalo utpote sat potati, super glaciem non semel lapsi domum reversi sunt. Notandum, concedendum non esse, ut apud religiosos in similibus festivitatibus quis ad Coenam permaneat, posita etiam invitatione, ita quoque practicatum est à dignissimo antecessore meo vide ejus protocollum fol. 34.

23. Ein abgelöstes Capital von 160 fl. wird widerumb angelegt bey Sebastian Ritz von Treffelhausen. Vid. lit. in archivio. — *Capital*

XIII 6. Februarij pie in Dno obijt Ven: Soror ad S. Ludovicum Maria Antonia Berchtoldin annorum circiter quadraginta, postquam diu aegre decumbebat morbo phthisico. — *Obitus monialis*

II 11. ejusdem Verehrt die Frau Rad-Wirthin gebohrne Stählin ein röcklein von rothen taffet für die Mutter gottes auf dem Hoch-altar. item für Ecce homo bildnus einen Mantell gleicher Materij im Creützgang.

13. translatio inciderat in diem Cinerum, ubi ad valvas Ecclesiæ affigebatur scheda promulgatoria Indulgentiarum plenar. servatis cæteris in directorio Ceremoniali assignatis.

Conciones honorificas per quadragesimam habuit R.P. Mansuetus. Miserere semper cum expositione Ssmi, ubi 6. quotidie ardebant candelæ. XX

26. advenit P. Wilhelmus Mayer Organedus, cujus vices diu supplevit R.P. Conradus, cui Conventus duos florenos dono dedit.

Martius, Aprilis.

5. Martij hat d3 Convent [Hn] Bürger und Holtzen den Zinß-gelt empfangen 143. fl. für den Ordenzgzoll bezahlet 20. kr.

9. ejusdem ratione Oswaldi Filij Conventus ~~ejusdem~~ Herbipoli Jesuitis scribit Eximius P. Mgr. Alexander Herbipoli quantia: circa pecunias ex hereditate fratris fugitivi, seu vagabundi hauriendas intra triennium nil memorandum, sed expectandus terminus a lege Provali aut municipali Franconica præscriptus: contingit tamen pertem unius heredis quantitas plusquam 100. talerorum. quoad 40. fl ex hereditate fratris Oswaldi adhuc residuos, quamquam valde periculosos, omni modo invigilabo pro Ven: Conventu Gamundiano, cujus grandibus et insignibus etiam beneficijs gavisus fui. IX

Vinum ter. 5. Coenæ Dni. fol. 33.

6.to Aprilis accessi Excellentissimum D. Decanum Benedictum Storr wegen diese 8. maß wein, so alhiesiger löbl. pfarr-Kirch vom Hauß jährlich prætendiert wird. Sieh. fol. 33. ich bekame aber nur ein zweifelhaften bescheid. Ich gienge also zu titl. Herrn Kirchen Pfleger, Herrn Stätt-meister Wirth, der sich bereits lassen den wein pro Coena Dni herzugeben, mit Vermeldung, ich solle den Mesner nur in sein Hauß schicken, wie auch geschehen, [illegible] man müsse wegen der Sach [illegible] / sic verba sonabant / ist aber nicht zu streng [illegible] geschehen. IX

11. ejusdem P. Bonaventura Cleer per obedientiales vocatus discessit Herbipolim. accepit an Bitt-gelt 4. fl für Reiß-gelt 4. fl.

Obitus Dni. Decani Storr VI

14. [?] circa horam 9. noctis, postquam per 6 dies febri maligna laboraret, mundo valedixit præfatus Excellentissimus Dnus Decanus Benedictus Storr, et 14. sepultus in Eccla Paroch. funus comitabatur totus Conventus. Erat bonus Patronus noster. Vir omni exceptione major. requiescat in pace.

VIII Wegen unseren bestand-güttl zu Höchstel (?) im Schwä-
bisch-gmündter-gebieth, so hoc anno et mense verkaufft
worden, vide in Urbario.

Majus.

Sepult: Cleophe Mayerin

VI. 2. Ist frau Maria Cleophe Meyerin unseres bruders
bestsen herren oberzollmeisters Meyer haußfrau, bey
alhier in unserer kirchen linckher hand außer dem eysern
gätter, gleich an dem ersten kirchstuehl in welchem die closter-
fraüen zusitzen pflegen, begraben worden; dz grab
hat ihr dz convent gratis bewilliget zu einer recogni-
XVIII tion dessen von besagtem herr Meyer erwisenen gut-
thaten, sonderbahr zur zeit des closterbaü, da er die gantze
I Bibliothec in seinem hauß eine lange zeit auffbehalten;
nichts destoweniger hat er ein saüberes silbernes schloss
II. zu dem neüen schwartzen pluvial verehrt.

Pluviale

4to. haben wir ein schwartzes pluvial von damast.
II. eingekaufft vor 32. fl. Item einen gering tegins (?) sambt
frantzen (?) in dz Provincialat, vor 4. fl 57. kr. Item
hoc mense ist ein neües todten-fahn verfertiget worden
VI mit neüem gemähl sambt fassung der stangen, tortschen (?)
kombt gegen 8. fl.

Capital

12. Ist daß den 5 May abgelöste Capital von 40. fl wid(er)
angelegt worden im weissen-steinisch(en) district.
L.A. in archivio.

XX 25. Die veneris, non obstante Angaria, habuimus solitam
Processionem (non tamen subsabatur) quod semper in An-
garijs observandum censeo.

Junius.

XVI. Infra octavam Corporis Xri die Dominica solet
quidam Patrum ire ad Parochiam in Ehingen pro Con-
XIV fessionibus excipiendis, ubi postea eleemosynam colligit.
XIII 13. Festum S. Antonij more solito celebravimus solemniter,
primum Officium Cantavit A. R. Dnus Parochus in Ehingen,
XX secundum solemnius plurimum Rdj et Excellentissimj Sebastianus
Kolb, Parochus Civitatis mit trompeten und paucken.
Concionem habuit A. R. P. Franc. Xaverius Dabler Bene-
ficiatus, depredicavit S. Antonium mirabilem 1mo in
Sapientia. 2do in Eloquentia. 3tio in miraculis. qui
duo principaliores hospites erant ad mensam cum A. R. P.
Priore Augustiniano, Dominis Parochis in Ehingen,

burgs, Kreitzenbach, Zimmerbach, Pettingen, H. Schedl
Beneficiat. Herrn oberstallmeisters Rath, Wirth, Herrn
Kiser Unterstallmeister, Dñis Musicis, hospites erant
supra triginta.

12. Die Nominationis Eximij Patris Provincialis Domini-
canorum Onuphrij, qui tunc pro visitatione praesens
erat invitatij ad prandium in gottesß-Zell cum alijs ho-
norarijs Hospitibus, hi in ~~[illegible]~~ carnibus, ego autem
in piscibus satiabar propter vigil. S. Antonij.

XX 17. Hodie ex speciali gratia in Ecclesia Parochiali Con-
cionem habuit sa longissimo tempore practicatum non est/
R. P. Mansuetus Weidmann pro Primitijs R. D. Debler
Unserß Burgermeisterß Herrn Sohn.

18. in ejusdem Parentis domo quatuor pransi sunt.

Julius.

9. promulgatur Augustâ Adm. R.dus et Excellentiss. D.nus
Sebastianus Kolb tanquam Parochus Civitatis hujatis.

IV 10. extradidit Conventui Dña Anna Maria Kürschin, vulgo
alte Frebernin 50. fl. pro legendis missis, nimirum 50. pro
fidelibus defunctis, et centum pro ipsa. satisfactum est.

18. seind R. P. Vicario Mansueto Weidmann, licet prae-
cautissime, Sparrens gesetzt worden von unseren bruch-
bahsten Frechlerß Haus an biß zu der Closter-porten,
hac super re, ut omnino abstraheretur, in publico Con-
I ventu sub salutari Obedientia ~~prohibui~~ injunxi, voluit quidem
praefatus Pater lapidem istum a se dimovere, sed vulgus
eum esse positum, asserebat, pro hoc ipso Patre.

Augustus.

XX 2. Solemnia apud nos celebrabant RR. PP. Augusti-
niani, Panegyrin habuit R. P. Gabriel Schwab praeposito
Themate: Lavamini, mundi estote, quiescite agere per-
verse, discite benefacere. Is. K. I. 16. Propositio: der hl.
ablaß portiuncule seye ein heilsspringenders blut-bad
und Heylsamerß wasch-bad von allem Unflat der Sünden,
laudando simul Seraphicum Ordinem de numero Pontificum
Cardinalium etc. ejusdem Ordinis.

13. obviam ivi, Ofen usq., Dignissimo nostro P. Adriano
Meyer I. qui

V 14. de nove huc advenit. Inclytus Magistratus eundem
veneratus est 12. vini Cantharis. cum

20. excepimus lauto convivio, hospitibus Convivantibus Excellentissimo Domino Decano, Domino franc. Schlecht, Dominis Senatoribus Schedel, et Kuecher, item Domino Joanne Theologiae ... Hissing
22. abijt Nekuslum me comite.
25. susceptus et unanimiter affiliatus est Ornatus et perdoctus Dominus felix Ignatius Lechner Pfaffenhofensis Bojus, Philosophiae, et Theologiae moralis Studiosus, expensas pro Novitiatu soluturus, de cetero non habens quidquam, Conventui satisfaciet laudabili Studio et egregia Musices notitia, tum in cantu perfecto / Basso / tum perfecta Cheli.

IX

28. P. Sigismundus / Deo sint laudes / cum obedientialibus abijt Lucernam, brevi utpote infirmarius dimittendus Solodorum in Conventum suum rationem eidem für Kitten - und Reiss-gelt 12. fl.

September.

Investitio F. Hilarij Lechner

2. Supra memoratus et Laudatus Dominus Candidatus D. felix Ignatius Lechner S. Ordinis habitum suscepit Lucernae, meruitque vocari Frater Hilarius.

XVII 7. huc advenit Herbipoli R. P. Pius Singer filius Conventus pro docenda Juventute Gaudentiana inferiorum Scholarum. pg 7. 13 XVII

Eodem die huc pro familia collocatus est per obedientiales R. P. Alexius Minder Conventus Maguntinensis.

Obitus A. R. P. B. Dionysij Hart

9. Obijt Constantiae apoplexia tactus A. R. P. B. Dionysius Hart, vir de tota Provincia optime meritus, filius Conventus hujatis, hic, postquam in vivis Conventui suo multa et magna beneficia praestitit, ex suo deposito

IX eidem reliquit 206. fl. 12. kr. sage. Zweyhundert und Sechs gulden, zwölff Kreützer. Aequalem portionem sibi reservavit Conventus Constantiensis juxta tenorem Constitutionem et Decretorum super ejusmodi casibus emanatorum, detractis expensis funeris; Libros ad unum omnes accepimus, pro quibus om-

VI nibus det ei Deus felicem et aeternam retributionem. Nos pro eodem p. m. defuncto /: ut gratos decet / celebravimus Solennes exequias, unacum Anniversario post annum celebrando, praeter consuetas Missas a quolibet Sacerdote lectas.

22. Appulit A. R. P. Romanus Bielor Organaedus.

Scholae XVII

October

+ seu erectum,

Hoc mense Studium inferioristicum fuit inceptum + Consentiente, et cum gaudio approbante dignissimo nostro P. Adriano Meyer, eiusq. Secretario P. Francisco Dominico Schenckh, non sine consolatione Civium, praesertim cum pro tunc magna diffidentia haberetur in constitutum Ludi-magistrum A.R.D. Baumhauer, electum operâ et favore Excellentissimi D[omi]ni Caesarij Kolb, ut adeoq. ejusdem discipuli omnes ad nos fuerint missi.

Mit mir hat ein löbl. Convent einen jeden Studenten obligiert :/: weilen auss ansechen ein Löbl. Magistrat nichts eintragen wolte :/: jährlich 4. Kr. nebst einen wagen-voll holtz dem Convent zu extradiren, es haben sich auch desselben die Eltern gahr nit beschwehrt, sondern mit grosster Vergnügenheit anerbottene Condition an- und aufgenommen, mithin bene.

Notandum, dass das Convent sich einen grossen widerwillen, miss-vergnügen und aversion der Burgerschafft würde auff sich ziehen, wan er- solte nechstens aufgerichtes studium widerumb solte abgehen, wie dan ~~der~~ bey dergleichen Veränderlichkeiten geschehen, vide in antecedentibus hujus Protocolli. ut adeoq. singularis vigilantia cura ad augendum hoc in puncto Conventus honorem singulis Superioribus omni meliori modo recomendetur.

Post Nundinas (ut vocant) S. Ursulae incepit frequentare scholas R.P. Pius Dinger, cum duodecim circiter discipulis, numero successive succrescente, usq. ad festum S. Michaelis Arch-angeli, quod quot-annis observandum est.

November.

XIV 15. Scripsi ad Reverendissimum Dnum Vicarium Generalem Constantiensem pro impetranda Licentia mendicandi in quibusdam prope Ulmam: Althein, ringingen, Nasgenstatt, Ehingen, Esslingen, Dischingen, Ehrenbach, Einsingen, und Harthausen etc. Licentia etc fuit impertita.

collectura danegata

December.

XX 8. Rorate Cantavit A. R. D. Rosentaler Prior Canonicorum Petrus Bredal cum suis Ministris.

Ab A. R. D. Schadel Beneficiato 18. A. R. et Clarissimus Dnus Pfreyssen Beneficiatus Senior. 19. A. R. D. Mutz et Dno ejusdem A. R. et Clariss. Dns Franciscus Xav. Dabler Beneficiatus Rorate cantarunt.

Notandum, unum Rorate offertur ad intentionem XX Sororum, pro quibus ego semper primum applicavi. XIII item unum Cantabatur ad intentionem Dni Patris Spiritualis.

10. Erlegt Adam Müller von Neuler in dem Ell- IV wangischen District 60. fl für einen Jahrstag mit einem Choral-requiem, auslitung Stunde 4. Kehren, post requiem omnes ad Tumbam recitando pro Defunctis schal. Miserere et de profundis cum solitis precibus. Die 60. fl seind zum Capital angelegt worden in Bemerktisch bey Joseph Koblaucher. Lit. in Arch. C.

fundatio anniv.

capital

12. Joannes Eyberger Krämer von Ellwang liefert IX wegen L. Elzear seinem Sohn 100. fl als für den letzsten termin, mithin hat er den gantzen Contra- -hirten ankauff erlegt pro dote, oder angab in summa vier hundert gulden.

100 fl ratione fr. Elzearij

II 19. Novum praesepe Dni erectum est.

Cum hoc anno vix non vitam clausi in ipsa nocte Nativitatis Dni gravissimo correptus pleuriti.

Anno Domini 1737 [illegible] Januarius.

Krippel gemacht word.

für die, theils reparierte, theils neu-ausgezierte
krippen bezahlt d[as] Convent nit mehr als 20 fl 42 kr.
und gabe dem schreiner auch nicht wohl die kost.
die übrige unkösten seind ex Eleemosynis piorum
hinc inde collectis bestritten und bezahlt worden.
item auch dem opfer, so bey der krippen ist ge-
opfert worden. Der schreiner, Jacob [illegible] von
Wertheimb leiblicher bruder unsers bruders Abraham,
hat sein arbeit trefflich-wohl gemacht. das berg-
werk verfertigte [illegible] auf der
geister-stuben wohnend, selbes ware aber nach der
proportion der grösse etwas zu klein. bald
die gantze statt liefte herbey in die kirchen d[as] neu
kripplein zu sehen, und lobte den fleiss und andacht,
worin man sich beflissen, das grosse und ver-
wunderliche geheimnuss der geburth Jesu Christi vorzustellen,
und denen einfältigen in die gedächtnuss zu bringen.

Februarius.

Patrimonium P. Jacobi Neumayr

9. Eodem schriebe P. Jacob Neumayr selig hujus
Conventus an seinen herrn bruder weiser Regensburg
wegen seinem auf längsame zihler gesetzten erbtheil
betreffend 117 fl. er suchte disen seinen herrn bruder
zu persuadieren /: consentiente toto Conventu :/ dass
er per modum transactionis an statt des gantzen summa

Vid. inf. fol. 61.

solte dem Convent erstatten 75 fl. müsse aber die
funeral- und gerichts unkösten /: so sich auf 22 fl.
11 kr pro nostra parte belauffeten :/ auf sich nemmen
und bezahlen, wie dan nachgehends ex dexteritate
A. P. Tobiae Santner /: qui totum negotium loco Con-
ventus Ratisbonae accuratissime tractavit, ad cujus
intentionem in aliqualem recognitionem Conventus
legabat 15 Missas :/ geschehen, d[as] ermelter herr bruder
Patris Jacobi d[as] begehrte eingegangen und gesagte summa
nemblich 75 fl. versprochen zu liefern bis Weynachten 1737.

1737.

und wir biß dorthin für gewiß zu erwarthen haben

bey theylung der ... R. P. Tobias gegenwärtig, und, nachdem er theyls anthryl verkaufft, lösst er aus ... 24 fl. 32. kr.

XIV 18. bruder Abraham bringt seine von termin 41 fl. und 52 kr. gezahlt nach dermahligen abschlag deß gelts. Notiden, die 10 gulden golt-stuck gelten nur 9 fl. 20. kr. die bayrische und würtembergische halbgulden für 26. kr.

VI 23. celebravimus solennes exequias pro defuncto Serenissimo Principe Alexandro Sigismundo de Neuburg Episcopo Augustano. Requiem Musicale cum Ministris Diac. et Subdiacono; ad tumbam ardebant 8. majores cerei, et 10. minores. Arca servatur est ad 7timam et 30.mum continuis tribus diebus. in nullo Monasterio pulsabantur campanae. Sed de hoc vide inf. nescio Mass.

Martius

XI 21. Eodem wird zum ärgern alhiesiger stattschreiber erwählet ... herr Thilingers bruder ... Doctors und Medici, gewester schulerat zu Dinkelspihl. Contra Electionem et vocationem fit protestatio à Senatoribus Senioribus, ita ut magna confusio in Civitate sit exorta.

IX 31. hor. 7. vespertina audiebantur fulgura et tonitrua. Deus det, ut sint in bonum omen.

Aprilis

VI XII 1. Sepeliebatur apud Capucinos R. P. Emanuel Senior et Jubilaeus; conductum comitabantur omnes ex singulis Monasterijs, praesentibus etiam Superioribus.

5. kauft das Convent 7. tagwerk für 16. fl. 30. kr.

VI 9. ist bey uns zur erden bestattet frau Radwiethin, gebohrne stählin, ligt begraben in dem Creutz-gang, bey der schmertzhafften Mutter gottes-altar, an der fürsten ihres vatters Johann Burkhard ... die leich-kösten sind bezahlt worden nach stadt. die ordinary tax.

I 13. R. P. Vicarius suo Superiori in publico Conventu ignominiosis verbis irreverentiam intulit, ad im-

– positum silentium insultatorie clamare, contradicere cœpit non sine scandalo Fratrum, ~~sed [illegible]~~
17. antecedentem, habito culparum capitulo, temeritas humiliata est salutari imposita pœnitentiâ, et ab eodem publice persolutâ. ~~[illegible]~~

Himel zur procession. — Hoc mense hat R. P. Albertus Jung Procurator einen schönen neuen Himel machen lassen ex suo deposito, er kombt biß über 60. fl. wolte gott! wir hetten hiervon dergleichen häußliche Convents-brüder! — 11 / 1

Item ist ein kreüz gatter in den Convents garten gemacht worden mit eichenen pfosten, kostet sambt der öhl-farb gegen 20. fl. — IX

h: Grab. — Eodem mense, sepulchrum Domini reparari feci, kombt anitzo 3 perspectiv besser in die augen als zuvor. — 11

Maius.

Obitus Ad. R. P. M. Pro̊alis Adriani. — 1mô. ejusdem Uberlingæ in Domino obijt actualis dignissimus et Eximius P. Minister Provincialis Adrianus Meyer de Villinga, ibique, omnibus morientium sacramentis perceptis, in Ecclesia huius sepultus fuit.

Convocatio. — 5. Uberlingæ habita est Convocatio, non obstante morte dignissimi, quia Capitulares omnes jam aderant; erat autem dubium quisnam præsidere deberet, an Eximius P. Mgr. Expro̊alis Placidus Beuter (: Ex. P. Mgri Expro̊alis Flachenstein non comparuerat :) an actualis P. Mgr. Secretarius? attamen ut Præses Capituli agnitus est Dictus A. R. P. Mgr. Secretarius franc. Dominicus Schenckh de Offenburgo, utpote in simili casu in omnibus Successor dignissimi P. Provincialis. — V.

Exequias pro præfato p. m. dignissimo Patre celebravimus cum tribus Solemnibus Officijs de requiem, recitato semel toto Officio defunctorum, et placebo ad tumbam, item iterum bina vice ad tumbam recitando psalm. Miserere et De profundis. Quilibet Patrum applicavit tria sacra. Fratres Laici recitârunt, juxta præscriptum et mandatum dignissimi Visitatoris Provinciæ, tria psalteria, id est, 9. Rosaria, unâcum Corona B. V. M. Nostræ Moniales totidem, quot insuper motu proprio constituerunt solenne requiem servatis solitis ritibus ad tumbam. — VI. XIII.

1737.

13. post prandium kombt der Capitel-both in unser Closter (: nachdem zuvor von Ill. Herr Decan zu den Herrn Dominicaner und Augustiner geschickht worden :) mit einem brieff Adm. Rdi. Dni. Vicarij Gnralis Augustani, dessen Innhalt ist: die religiosen sollen sich verantworthen, warumben sie nit die glockhen geleütet ad mortem Serenissimi Principis et Episcopi Augustani; die antworth were / gieng woll nit dessenthalben rekurrierendt mit andern Herrn religiosen; derowegen sind alle 8. Clöster zusammen in H. Augustiner garten, und das Conclusum ist vergangen nemme wolle selbsten nichts angehn schreiben, et hoc per R. P. Nicolaum Augustinianum Dno Decano hujati insinuari fecimus.

Excusatio de non pulsatis Campanis ad Exequias Principis Augustani

14. fornavi Litteras (: omnes Superiores Monasteriorum etiam Capucini, et Moniales tum in Cella Dei, tum ad S. Ludovicum sese subscripserunt :) ad A. R. P. Praesentatum Priorem Dominicanorum Patrem Brendel, pro tunc Augustae Capitulo Provinciali praesentem, ut loco omnium Monasteriorum causam agat apud Adm. Vicarium Generalem, et oretenus deponat; Tenor Epistolae fuit: Nos infra scripti notificamus Vestrae Paternitati Adm. Rdae, quod quidem Adm. R. et Excell. Dnus Decanus hujas omnibus Monasterijs insinuari fecerit, per Capituli bajulum, petitum seu mandatum Adm. et gratiosissimi Dni Dni Vicarij Gnralis Augustani, quatenus sibi referantur rationes et causae ab omnibus Monasterijs Gamundianis praesertim mendicantibus, cur ad Exequias Serenissimi Principis et Episcopi Augustani p. m. defuncti Campanae nostrae non fuerint pulsatae; Hinc cum Adm. Rda sua Paternitas de facto Augustae commoretur, omni qua par est reverentia rogamus, ut loco omnium Monasteriorum nostrorum praefatum Adm. sequentes causas referre non gravetur: 1mo, Memoratum mandatum de pulsatione Campanarum Religiosos non tetigisse. 2do, id ab immemorabili tempore factum non esse. 3tio, nec pulsatum fuisse in antiquiori Ecclesia Parochiali ad S. Joannem, nec in Hospitali, neque caeteris Capellis ab Ecclesia Parochiali dependentibus, imo 4to, per tantulum temporis spatium, quo

in Ecclā Parochiali pulsatum est, etiam nostras Campanulas pulsare tanti oneris non fuisse. Et sitò potissimum suppleviam pulsationis Campanarum defectum per devotiores preces et Missæ sacrificia pluries repetita, prout etiam Cives testabuntur, nostras exequias in singulis Monasterijs multò solemniores fuisse, quam in Ecclā Parochiali /: plures et ponderosiores rationes dexteritas vestra addere sciet :/ ut adeoq denuntiatio nostra et accusatio non nisi a passionato Calamo defluxisse censeri possit, interim nos humanissimè recomendamq et responsum avidè expectamq. Suevo-gamundiæ 14. Maij. 1737.

Notandum. responsum nullum secutum est, et Dominicanj forsan ipsos solum spectârunt, ut adeoq in simili casu pulsandum esse consultissimè suadeam. So gesagt ist dieser Casus dem ARP. Mgrô Visitatori Dominico Schenckh und Herrn General-Vicario vorgestellet worden, qui se omni meliori modo excusabat.

18. ARP. Manfredus Waidmann discessit Mariae-Magazam ut Guardianus ibidem.

XV. 23. Ware ein entsetzliches plaz-regen und wetter mit förchtlichen donner und blitzen, daurete von 4 Uhr biss gegen die Nacht, also das alle bäch, sonderbahr die Remss ungewohnlich angeloffen zu grossem Schaden der wiesen, Mühlen, wiesen etc. An eben disem tag wurde zu nachts um 9 Uhr ein ausserordentliche röthe gesehen an dem himmel versus septentrionem welche für keine abend-röthe konte gehalten werden, weilen sie schon dunckler nacht. Vill vermeinten es werde eine starcke brunst andeuten.

27. advenit cum suis patentibus pro Nativo suo Conventu frater Laicus Leonardus Walther Coquus.

Junius. Julius.

Schlosser Frauen. XIII. 3. Ven: soror Victoria abijt cum socia in Causa sua processu wegen des schlüssen Stegs eo intentione die Apostolos reverentiales zu widen bey dem Kriegs-Postschat ein zu geben, sed contrarium suadebatur Dillingæ insinuando Causam pertinere ad Judicem Spiritualem, Episcopum scil. Augustanum, ubi ad locum competentem extradidere Apostolos, et iterum domum revertuntur. Es ist ein Schlosser effectus erfolgt.

XV 11. Ein starkher wetter in der Nacht zwischen 11. und 12. Uhr, hat eingeschlagen in der Junggerey, ware aber Gott sey dankh ein kalter straich.

13. Infra octavam Pentecostes festa sita solenniter celebrabatur festum S. Antonij. Concionem habuit R. P. Sardchus in Mutthlangen Cap. Illius proposito themate: Laudemus viros gloriosos. Offm et Processionem instituit Excellentiss. Dnus Kolb Decanus hujat. Ad mensam erant supra 48. hospites.

Julius

15. Advenit R. P. Hipolythus Meyer ut Vicarius Conventus.

20. Abiit cum Obedientialibus Lucernam P. Jacobus Neumeyer, totum suum valde pingue depositum secum sumendo: quod suspectum habebatur utpote forte collectum ex hereditate Conventui sub ratione hujati debita. Hoc nach sind 10. aymer wein eingekaufft worden von gnädigen Herren zu Alfdorff. der aymer per 25. fl.

Augustus.

XX 2. Solemnia celebrarunt RR. PP. Augustiniani, Concionis Thema: mittam eis venatores multos, et venabuntur eos. Jeremia.

Beatific. B. Michaelinae.

XX Hoc anno currente beatificatur B. Michaelina à Clemente XII. Vide Bullam in archivio.

24. 25. et 26. Beatificationem hanc celebravimus sub affixionibus 6. Emblematum, habitis duabus Concionibus, unâ in 1mâ die à P. Vicario nostro, et alterâ 2dâ die à P. Valentino habitâ. 1mâ die solennitatis Processionem extra septa Monasterij habuit Adm. Rdus Dnus Andreas Gfrereissen Beneficiatus Senior, sicut et offm 1mum. Sequentibus duabus diebus iterum offm solenne sub egregia et pro- pulchrâ Musicâ ornatum. Durante solennitate Missas legebant RR. PP. Religiosi; postquam humanissime sunt invitati, item Sacerdotes Seculares in magna copia. Singulis tribus diebus unus saltem religiosus ex singulis Monasterijs; etiam Capucinorum. 3tiâ die offm solenne cantavit P. Guardianus; post elevationem Te Deum Laudamus musicaliter, quo et etiam officio ad finem persoluto Versus et Oratio de SS. Trinitate. Item Benedicamus à Diaconis, et data benedictione cum Sanctissimo sub cantu Genitori clausa est tota solennitas.

Anno 1734. Die 30 Maij Cum Patre Thoma profectus sum, ad sororem meam adhuc semel visendam, et pecunias hereditarias nostri fratris Oswaldi Albert extorquendas: verum de pecuniis: cum nec obolum acceperim, praestitit mihi iterum soror mea mutuos – 133 fl. Rhein: qui debuissent esse 100 fl. franconici, seu 125 fl. Rhein: verum ex post numerati saepius non fuerunt, nisi – 133 fl.

Porro

Hae pecuniae fuerunt solutae sequenti ordine et forma:

1mo. pro materia tum pro tunica tum pro tunicella trium annorum mihi a Conventu debita expendi – 33 fl. proinde nil amplius pro tunica petere possum nec volo.

2do. florenos 50. pro Conventu sic expendi.

1. auf dem weeg zu Ochsenfurt für erkaufte musicalien von einem Augustiner geben – – 2 fl. 30 X.
2. für 6 paar messer dem Herrn geiger zahlt – 2 fl.
3. für das Büchlein der Unbefleckten Empfängnus nacher augspurg zahlt – – – 5 fl. 30 X.
4. für Papier die bruderschaft-Zettul darauf zu trucken allhier zahlt – – – 1 fl. 30 X.
5. dem buechtruckher für die bruderschaft-Zettul und das Büchlein zu trucken – – – 7 fl.
6. dem buechbinder für ein büechlein zu binden, und die bruderschaft-Zettul zu beschneiden zahlt – 30 X.
7. für die Approbation beeder bullen zu augspurg taxam geben, und restituirt A. R. P. M. Secretario 3 fl. 30 X.
8. Pro ambabus Bullis Confraternitatis in perpetuum duraturis Romae R. E. P. M: Angelo Miller zu Rom bezahlt laut seiner brieffen – – – 30 fl.

9. für verbrauchten wein, dum nobiscum pranderet A: R:
Ex: P: M: Provincialis Augustinianorum — — 2. fl.
10. für den schild Indulgentiae plenariae zu stechen dem bilder=
=stecher geben. — — — — — 30. X.
11. auf der Ellwanger reiß nebst bey uns gehaltenen
Convents=geltenen für die reiß kösten ausgeben. — 2. fl. 20 X
12. pro diversis expensis nomine et pro bono Conventus
huic inde factis, de his pecuniis erogavi — — 3. fl. 10 X

Suma 50. fl.

Reliquos 50 fl. Dedi Conventui, uti docebit liber
ratiocinationum pro Mense, ni fallor, Januarij.

Suma Sumarum 100. fl.

patrim.
Oswaldi
IX.

Ratione
100. florenorum fracon.
mihi ad interim praestitorum,
super haereditate nostri Fr.
Oswaldi Albert, dum fui
in Franconia Mense Maij
1734.

Nota. De caeteris pecuniis Conventui adhuc debitis
circiter florenis franconicis 60. nil volunt audire
debitores, uti loquuntur litterae P: R: Guardiani Herbi=
=polensis; unde bene factum, quod hos 100. fl. extorserim
precario a sorore mea p. m. aliquin, forte nec nummum
accepissemus.

der Eingang der kirch, wie auch das gätter war
gezihrt mit dan-reiß kränz, bänd, nebst einem
Monologio außerhalb der kirch-thür.

Festivitas triduana Beatificationis B. Michaëlinae
Romae habita à nostro A. R. P. M. Angelo Miller p. t.
assistente Generalis sequentibus fuit notificata:

Berichte, daß zu Rom in unserer Constanti-
nianischen Basilica ad 12. Apostolos mit unkosten
ihro Eminenz deß herrn Cardinals Olivieri
beyläufig 12000 gulden belaufen. den 12. 13.
und 14. May. die 3. tägige Beatifications solenni-
tät mit herrlichsten pracht, dergleichen Rom noch
niemahls solte gesehen haben, ist gehalten worden.
die ganze so hoch und grosse kirchen, in welcher
auch nit gewölb außer stuckhador und mahlerey
von der kosten mehr mit nagel-grosß zu sehen
gewesen, ist mit brennenden rothen damast
und samat gleichen Cardinalischen beyden gestickten
spaliern, [illegible] goldt- und silber quasten, porten,
franzen, Cronen und stuckhorten, 36. manns-hohen
Chrystallinen leuchtern, über 800. brennenden
torchen und kerzen gezihrt gewesen. Es waren
4. Musicalische Chör aufgerichtet, und darbey
durch lauter virtuosen ein fast über irrdische Music
zu hören gewest. Ein grosses freuden-getöß
verursachten die zu dem Te Deum Laudamus von
die kirchen und klöster abgefeurte grosse pöller,
und 3. nächtige kirchen, klöster, und aller be-
nachbarten palästen und häuser brennende
Illuminationes. die allerschönste figuren machten alle
hier anwesende herrn Cardinäl, fürsten, bischöf,
und Prelaten, so verschiedene mehr dann hochämbter
und vesperen mit fast unzahlbaren Romanischen adel
und zulauff deß stat- und land-volckhs beygewohnet
haben. In summa die erbiethung derer gelt-mittel
von den Cardinäls, und die genauiste veranstaltung
unserer erfahrnisten geistlichen machte ein so
herrliches Beatifications festin unserer seel. Micha-

-eline, dessen Heyl. Leib ausser Kirchen zu Pesaro besichtiget dergleichen / wie die ältisten Kommender bestreiten / Wem bisshero nit geschehen hat. Ita Copia.

September.

XX XIII 1. Solennitatem Beatificationis B. Michaelinæ Monialis nostræ celebrabant in sua Ecclesia adhibitis officiantibus nostris. Imaginem B. Michaelinæ pingi fecerunt, quam et in nostra Ecclesia exposuimus. Concionem apud easdem habuit P. Guardianus.

I 2. In Noviciatu Lucernensi sacram professionem emisit Religiosus frater Clericus Hilarius Lechner filius Conventus hujatis. — Professio F. Hilarij Lechner

XVII 6. advenere pro Conventu nostro P. Othmarus, qui terminarium agat, et P. Leisfing, qui cum P. Lectore scholas inferiores doceat.

IV II 8. Frau Elisabetha Stahlin p. m. vi testamenti vermachet dem Convent 50. gulden pro legendis Missis. item gratis einen silbernen rosenkrantz, einen salz-noster mit guten perlein und granaten item ein grün-tafetz rock mit spitz. pro hac liberalitate Deus det ei requiem æternam. — Legatum pro Missis et Donatio

IV.VI. 9. Anniversarium celebratum est pro A. R. P. B. Dionysio Harth in gratiarum actionem. vid. an. præc.

17. Visitatio tum apud nos, tum apud Moniales habita est ab A. R. A. E. P. Dominico Scherckh p. t. Visitatore Prov. et Comissario Generalis, pro hac Nostro solatio.

XVII 27. et 30. Exhibuit Comœdiam auf dem Rathhauss cum suis parvulis studiosis cum plausu et satisfactione omnium spectatorum. — Comœdia

October.

XX 4. Solennitatem Seraphici Patris nostri Francisci habuerunt A. A. R. R. P. P. Dominicani. Musicam et mensam satis laute instructam cum alijs pluribus hospitibus præbuerunt Musicis.

10. advenit Spiræ cum suis obedientialibus quâ organædus, R. P. Raymundus Fürsch.

November.

Hoc mense nihil adeo notabile occurrit, nisi quod XV
23. ejusdem timenda tempestas inciderit cum multo
fulgure et grandine, ac etiam per totam diem co-
piosis imbribus.

18. An Herrn Joseph Ignatij hochfürstlich vica-
riats Cantzlisten naher Augspurg verehrt und
durch den hiesigen Capitl-botten abgeschickt 3. bayrische XVI
halbe gulden in allgemeinen recognitionen wegen
vielfältig hieher geschickten formaten ic.

Anno Domini 1738.

Hoc ultimo Guardianatus mei anno non multa
notatu adeo digna occurrerunt.

Musicalia Opera et Instrumenta

18. January kaufft das Convent ein rothes Meß- II
gewandt von damast fl 20. kr
20. ejusdem verehrt R.P. Lazarus Sartorius einem
Convent VI. Missas Musicales noviter compositas II
à R.P. Henrico Wenker; der Einbund dem
Convent bezahlt 20. batzen. Item hoc mense
kaufft das Convent ad Chorum ein paar trompeten IX
kr und dann ein paar waldhorn fl 13. kr
fl 7. kr

Depositum 19. Februarij hat titl. Herr Hofrath Nicolaus IX
Dautel tochter-mann der frau Burgermeisterin
[illegible] deponiert zwey eysserne kistlein sambt einem
trüchlein von holtz; sind als depositum aufbe-
halten in der Provincialats-kamer, in der
grossen truhen die zwey eysserne, das höltzene
kistl aber oben auf dem grossen kasten. NB.
ein revers gegeben worden folgenden Inhalts:
Daß titl. Herr Hofrath Nicolaus Dautel in unserm
Closter den 19 Febr. 1738. zwey eysserne kistlein
sambt noch einem anders von holtz, wird hiermit
bescheint. Ita est. P. Michael Lutz p.t. Guardian

deponiert habe wird

Im fall, so ermeltes depositum widerumb
außgefordert und von proprio Clo begehrt werden,
soll [illegible] grösserer richtigkeit halber, und [illegible]

angelegenheit zu bewegen, ebenfahls ein revers depositi extraditi et restituti begehrt werden, der Inhalt kan aussichtsweg gelassen spatio geschriben werden.

Dass endts unterzogener all dasjenige so ihr bey denen hochwürdigen P.P. Franciscanern allhier deponiert gehabt, widerumben zu handen bekomen, wird hiemit attestiert. Schwäb. gmünd d. 8ten Junij 1739.

Nicolaus d'autel
hofrath

21. Ejusdem stifftet herr spithal-meister Ellinger einen Jahrs-tag pro 50. gülden mit einem choral-requiem, worbey zwey kertzen adbrennen, et finito requiem omnes ex adire tenentur recitando preces consuetas. gemelte 50. gülden sind gleich zu capital angelegt worden nacher Bewenkirch. vide litteras in archivio. videatur Protocollum anterius fol. 141.

1. Martij scripsi Ratisbonam ad R.P. Guardianum Melchiorn Osterieder pro recuperandis adhuc residuis 75. florenis de hereditate P. Jacobi Neu-meyer. 75. fünf undt sibendzig gülden hatten schon auss schlesi[...] im verflossenen Jahr erlegt werden sollen des R.P. Jacobi herrn brudern pastorn zu ...
in Beyrgiesta tractationem factam a R.P. Tobia Gartner Conventus Bojatensis Nomine, welcher auch wegen dessen geschäfft villfältige brieff mit mir gewechslet: / sind in einem büschlein beysamen in archivio Litt. **K**. / in recognitionem laborum sind der dem Convent ad intentionem dicti Rdi Patris Tobiae 15. heilige messen gelesen worden / Patris ... post mortem autem ejusdem Patris / so ... obijt / hat diese sach keinen fortgang mehr gehabt, also dass wir bis dato noch nichts erhalten können, obschon ex nostra parte ... urgiert worden.

17. bringt der Capitl-bott von Burgau Zins-gelt 143. fl. 45. kr.

23. Dominica passionis. R.P. Pacificus Primitias celebravit Wendingo in patria sua, me comite, assistente, et Concionatore.

Anniv. fundati

capital

Patrimon. P. Jacobi Neumeyer

vide Annales fol. 52.

21. Maij. Visitationem iterum habuit A. R. Ex. P.
Mgr. Franc. Dominicus Schenckh cum omni satisfactio-
ne. Discessit mox Hagenau comite P. Procuratore
usq Ohlam.

XX 13. Junij. in festo S. Antonij Officium solemne atq
processionem habuit A. R. P. [illegible] ab Excell. Dominus
Sebastianus Kolb Decanus. E Cathedra [illegible]
A. R. Dnus Zinerle Parochus in Bebingen, laudabatur
tum ab insigni sua memoria, tum ab artificiosa compo-
sitione.

20. Aug. hic affiliatus est omnium votis Joannes
IX Bubinger Waldhusanus. hereditas sua 400 fl. Extra-
ordinarie recommendatus est à gratiosissimo Dño commen-
datore in Kapfenburg.

6. Septembris discessi in Nomine Dni, cui laus
et gloria in aeternum.

1. Oct. Successi, de cruce in crucem actus, et redactus in antiquam
F. Bernardinus Müller, iterato Villingâ huc destinatus, in Capitulo
Prov.li, medio Septembris Constantiæ celebrato, quando Provalis electus est
A. R. E. P. M. Leopoldus Witsch de Offenburgo: Secretarius A. R. P. M.
Leodegarius Birgisser de Lucerna, qui medio Maij solus huc venit,
✝ Conventum ex Comissione visitavit, et collatis ratiociniis dependit ipse
P. Thomas Falb. 50 fl. nõe P. Thomæ Falb, qui ipso Conventu nativo licentiam trans=
eundi ad alium Conventum, Româ impetravit aõ 1737; et sic renunciata
hic affiliatione, à Conventu Friburgense cooptatus est.
Repetiere Gamundiani sumptus, quos et plurimos quidem pro illo
sui Clericatûs ac Studiorum tempore debuit exsolvere: promisit re-
fundere 100 fl. at media parte, à P. M. Secretario rependita Conventus
oportuit esse contentus.

P. Jacob Neijmeijer Multis etiam sollicitatum est per Antecessores meos pro patrimonio
P. Jacobi Neijmeijer filij huius Conventûs, quod et ego instanter
IX præstiti, hucusq incassum. revideantur Litteræ duodecim fasciculo collectæ.

Depositum restitutum Alles dasjenige, was H. Nicolaus d'autel aõ 1738 d. 19. februarij
deponirt hatte, wie suo loco, folio præcedente verzeichnet, hat Er selbst
IX widerum zu zweymahlen abgeholt, als nemlich ein eisenes Kistlein
d. 26 Apr. 1739. eodemq aõ d. 8. Junij das andere eisene Kistlein sambt
dem hölzernen Tröglein, wie sein eigene Handschrift attestirt, und in disem
Protocollo zufinderst an der Decke angepapt ist, damit es nit verlegt,
und verloren werde.

IV D. Joannes Killinger Praefectus Hospitalis aó 1727 5. Aug. pro Avo suo Joanne Killinger duas missas fundavit 50 florenis, uti notatum est priori protocollo fol. 141. et in libro Anniv. adjecta Obligatione, ut sub istis duabus missis exposita sit tumba, ad quam Sacerdos unus post celebrationem accedat, et consuetas preces persolvat, ardentibus duabus candelis.

Anniv. Killinger

Aó 1738. in februario adjecit alios 50 fl. pro Anniversario, scil. Requiem choraliter cantando, sub quo praedictae 2 missae celebrentur, et loco duarum, accensae sint 4 candelae ad tumbam, Patresque omnes eo preces persoluturi accedant. Acceptavit hanc fundationem Conventus 21. febr. prout notatur fol. praecedente.

Restituit fundator litteras reversales primae fundationis, et petiit à me ut litteras expediam alias, et iisdem utramque fundationem inseram; quod et praestiti; prout Copia Reversalium archivio reposita exhibet sub prioribus notis Litt. F. No 56.

XX In festo S. Antonii Pad: Concionatus est A.R.D. Josephus Kolb, nepos Illmi Excel: D. Decani, qui Officium solenne celebravit.

XX In festo Portiunculae AA.RR. PP. Dominicani solennia peregerunt.

IX 28. Augusti affiliatus est huic Conventui perhonestus ac ingenuus Adolescens Franciscus Benedictus Stoor, Rhetor, filius Dni Franc. Xaverii Stoor; qui praeter sumptus ad Novitiatum necessarios Conventui spopondit paratâ pecuniâ 300 fl. exsolvere actâ professione; obventurâ deniquè post mortem Parentum haereditaria portione. Investitus est Constantiae 6. Oct. dictus Fr. Franciscus Xaverius.

XX 6to, 7mo et 8vo Septembris acta sunt Celebria B. Andreae Caccioli; prima die Concionabatur A.R.D. Franc. Xaverius Debler Beneficiatus, sub themate Eccli 50. v. 6. quasi luna plena in diebus suis: et v. 7. quasi sol refulgens etc. Beatum hunc in Statu Sacerdotii Saeculari lunam perfectam, in Statu Religioso clarissimum Solem eleganti Sermone demonstrando.

Officium Solenne celebravit Illm R. Excell. D. Decanus Sebastianus Kolb.

Die 3tia Ordinarius Concionator noster P. Hippolytus B. Andream è Cathedra depraedicavit Pastorem bonum, ut Parochum; Ovemque bonam ut Religiosum etc. Officia et Vesperae hoc triduo Solenniter sub expositione Smi celebrata sunt.

IX Occasione Invitationis Dno Decano factae, eidem retuli, ac movi denuo causam illam inexpeditam de praestando in Coena Dni vino pro Communicantibus in Eccl.a Parochiali, et extractum quondam ex protocollo parch. acceptum exhibui: Respondit ille, Librum assignatum deperditum esse, et sibi hac de re nil constare, nisi quod Dnus Gfrereissen Beneficiatus ac Senior testetur, se adhuc puerum ab Aedibus missum aliquoties, à Conventu nostro, sine tergiversatione aut protestatione acceptum asportasse vinum. Porro D. Decanus dixit, si hac de causa quid favorabile pro nobis explorare potuerit, se id facturum ultro, et nobis communicaturum.

Vinum fer. 5. Coen: D.

XVII 9no et 11mo Sept. exhibita est Comoedia à Studiosa Juventute, Comico A.R. Dno Dinger Professore Rhetorices.

XVIII IX Aderat hisce diebus AA.R.P.B. Mansuetus Weidmann Guardianus Maingang Diffinitor, qui huic suo Conventui nativo, ad sublevandam necessitatem nostrae ac liberaliter è deposito suo contulit 50 fl. Sit Deo, optimè de Conventu merito, gratiarum actio. Dedit alteri, si hic vellet, benefaciendi exemplum etc. etc.

Salve ac Vale Dignissimo Successori.

Contin: Anni 1739.

À Mense octobri.

25. In Convocatione, seu Diffinitoriali Capitulo Wertensteinij sub Praesidio A. R. E. P. Mri Provincialis, ac Commissarij Generalis Leopoldi Witsch 4to octobris celebrato in Guardianum Gamundiani Conventûs Electus P. Mansuetus Weidmann, filius
11 Conventus adveni 25. huius, eâdem, quâ Dignissimus Antecessor meus die abiit Brisacum tanquam Emeritus, inveni R. R. P. P. numero 10. Fratres verò Laicos 5.
IX debita passiva 246 fl. pecunias in Arca 327 fl. in cella vinaria 7. aimer. in granario: Dinkhel 8. malter 6. viertel. Rocken 1. mall. 6. viert. Haber 7. mall. 6. viert.

28. Exhibitas Patentes publicari feci, atque onerosum officium hoc mihi iniunctum suscepi in Nomine Domini.

November.

2. Advenit Margrethusio P. Florianus Geiger Ex-Confessarius.

4. Misit D. Decanus Epistolam, in qua rogat, et prohibet, ne pro Aurifabri officium in nostra Ecclesia celebretur; accessi ergo ipsum, solus cum solo humanissimè rogatum hoc negotium pertractaturus; ast, quae scripsit, dixit, ac prohibuit. Supplicantibus igitur Aurifabris litteras inhibitorias praelegens omni modestiâ me excusavi, eosque ad D. Decanum remisi, imò et ego ipsum adivi audiens cum omni reverentia, et humilitate Eidem exposui Aurifabrorum Propositionem mihi factam, remonstrando ei, quod Missae, ac Officia absque potestatibus constitui in nostra Ecclesia possint; verum contrarius iam erat operibus nostris hinc inter alia dixit: audivisse se, quod Aurifabri à nostris fuerint sollicitati; Item alios quoque Religiosis inhibitorias misisse litteras, affirmavit, imò verò minas addidit (inanes tantum:/ quod quicunque Superiorum supplicantes hoc opificio exaudierit, ad Illustrissimum Principem mox deferendus, ad Ecclesiam Parochialem pro celebratione
XVI non amplius admittendus, totique Venerabili Fraternitati exosus foret. His auditis, domum reversus inveni denuò supplicantes Aurifabros cum suo Dno. Tribunoplebi Casparo Mayer, qui, postquam excusationem meam percepit, indignabundus discedens dixit: Amicus ille Evangelicus perseveravit pulsans, propter improbitatem est exauditus, nos verò iam pulsantes ostium clausum advertimus; abire cogimur, coacti ergo Ven: Fraternitatem implorantes contra D. Decanum fuit protestati, ne ipse solemne hoc officium cantet propter avaritiam omnibus notissimam, qui hoc audiens rubore, et pudore suffusus, nec aliud ex arena capere sciens consilium dixit: Benè, dummodò Franciscani non praevaleant. O Patronum eximium! scilicet!

5. Advenit R. P. Antonius Obenberger Spirâ huc missus Vicarius Conventus et Custos Sueviae.

December.

2. Necessitate coacti vina emimus ex Schorndorff pro amphora 22 fl. summatim pro 6. amphoris
IX et 4. congiis 143 fl. 45 x erogavimus florenos, Summa Summarum cum expensis erit 65 fl. 40 xr.

12. Tempore Adventus Rorate per singulos dies offerebatur per ordinem Magistratui, Hora [illegible]
XX persolvebantur 1. ideo eoque celebrantes in Ecclesia Parochiali m. g. adesse non possint Requiem hoc tempore post Rorate propter Expositionem SS: Sacramenti cant.
IX Ex hereditate P. Floriani Geiger, praeter lectum, Antependia, et utensilia quaedam, accepimus 12 fl. cum assignatione 54 fl. 42 xr. successivè per annos 13. à D. Aegidio Geiger Aurifabro Schwendon, prout lit. Assignat. inhibenda in Archivio posita.

September

3. Item P. Ludovicus delirium hodie passus, SS. Sacramentis paenitentiae, Eucharistiae, et Extremae unctionis semel, atque iterum munitus, in voluntatem Divinam totus resignatus, ac Generalibus absolu-
VI tandem Ste huius ante prandium m. ij. in praesentia omnium commendationem animae recitantium expiravit anno aetatis suae 71.mo S. Professionis 53.mo Sacerdotij verò 46.to. Die sequenti Finita missa h. 9. funus ad Ecclesiam deportatum, dicto de more officio defunctorum et Choro atque Cantato Requiem, in peristilio sepultum fuit, comitantibus conductum omnibus Religiosis, et quibusdam D.D. Beneficiatis Ehrenreissen. et Schlecht, unacum ceteris bonis utriusque sexus amicis nostris. Diebus 7timo. et 30mo aderant ex Monasterijs R.R. P.P. Dominicanorum, Augustinianorum, ac Capucinorum duo Sacerdotes celebrantes, ...

October

4. In solemnitate S. P. N. Francisci Officium A. R. P. Prior Dominican. ... ator Angelus habuere. Accepti ad Mensam ultra 24. Hac die quasi optimam ... fuisset occasionem. Civis quidam Jacobus Schedel dictus, construxit Tugurium quoddam ad muros nostros, et quia ter monitus non abstinuit ab opere suo incepto, Casum hunc V. Conventus nomine
IX propositum D. Consuli Keyser, quasi consilium petiturus, exposui. Causa hoc diu ventilata per Deputatos Judices cognita, ac denique pro Conventu nostro decisa fuit, prout Extractus Protocolli addiceris aliqualiter docet Senatus consultum etc.
Hoc Tempore Augustissimus Imperator Carolus VI. ultimus Habspurgica Domus surculus morbi fatis demessus decidit non sine luctu totius Imperij Romani, cum Obitus iste cruenta prolongiat bella etc. quae Deus T. O. M. clementissime avertat.
23. Fr. Simon Richter iam ab aliquot annis dissolut. et desolatus, sub Guardianatu Antecessoris mei Colendi Amotionem suam petens, non impetravit; hinc expectans sibi commodum tempus, dum cum P. Alberto Elvacum abire debuisset, praevenit
1 pridie, ac clanculo discessit, varia in itinere perpessus infortunia, prout ipse fassus est, reversus tandem post 14. dies, ac pro Benedictione impetranda Conventum vix ingressus; à R. P. Custode iterum egredi iussus, per aliquot dies in sua Camera detentus, tandem in Vigilia SS. Simonis, et Thaddaei mihi restitutus est; scripsi ergo Casum hunc Dignissimo, qui respondit, mittens Obedientiales ad Conventum Frickacensem, quo et abiit 23. Novembris dimissus cum Viatico 5. florenorum. Ex Hereditate huius Fratris Laici Geigeriana dicta, post transactionem cum D. Georgio Richter factam, recepi
IX omnes 125. f. ità, ut Conventus noster huic Civi donaverit 200. f. Obstes quia Fratri Simoni ante, et post ingressum in Religionem exhibita uterque, Fr. Simon, et Georgius Germanus. 25. f. in Weissenstein Capitale. ...debat

November

Advenere P. Jacobus Neumeyer ex Conventu Wertensteinensi, et P. Sigebertus
1 Regele ex Herbipolensi huc missi à Dignissimo.
VI Misit Illustrissimus D. Princeps Episcopus Augustanus Decretum, quo indicavit, ut pro Augustissimo Imperatore defuncto S. Requiem decantentur, ac per mensis unius spatium Campana pulsentur. Observatum est. =
XVII Ad Scholas nostras missi sunt hoc anno discipuli collective sumpti 13. scilicet 3. pro Humanitate, et 10. pro inferioribus

December

1. Tempore Adventus Diebus Dominicis, ac festivis Rorate cantarunt
XX R.R. D.D. Beneficiati per Ordinem.
27. Fr. Pelagius Schmid Brisaco huc missus cum Obedientialibus, advenit.

Annus 1741.

Januarius.

1. II — A Jove Principium, hodie cuncta tam in Choro; quam in foro rite peracta felicem hunc nobis fore annum ominantur; velum enim calicis pretiosum donatum fuit à Benefactrice quadam.

6. II — Ad prandium invitati sunt D.D. Musici propter obsequia nobis praestita tempore Adventus in quotidianis Officijs Rorate. Venerunt autem nro 13. Hospites frugali prandio refecti, ac vino /: 25. mensuris :/ potati. Summa totius convivij 37 fl. ~~[illegible]~~

20. XX — In festo S. Sebastiani apud R.R. P.P. Augustinianos Officium solemne cum nostris ministris R.P. Vicarius, R.P. Hippolytus Concionem habuit.

Februarius.

14. V — Convocatio P.P. Custodum Uberlingae celebrata fuit, in qua A.R.E.P.M. Franc. Dominicus Schenk Diffinitor perpetuus, Guardianus Offenburgensis in Custodem Custodum electus est. Citatus ad hunc actum R.P. Vicarius Custos huius accepit pro viatico 12 fl.

15. XX — Feria 4ta Cinerum Celebravimus festum Translationis S. Antonij more solito. ~~Horâ 6tâ~~ Horae minores cum officio parv. B.M.V. recitata fuere. h. 7. Processio, dein Officium de Feria, denique Sanctissimum exportatum fuit.

XX — Miserere per singulos Quadragesima dies h. 5. in nostra, in Ecclesia Parochiali h. 5. cum Expositione Ostensorij figuraliter decantatum.

19. — Jubilaeum Extra ordinarium à Summo Pontifice Neo-Electo Benedicto XIV. pro felici Regimine Concessum incepit hodie 1ma Dominica Quadragesimae usque ad 5tam Martij inclusive continuandum. Labores in Confessionalibus plurimi.

Martius.

XVIII. XIV. — Jacob Wagner ex Deckingen Tertiarius Exercitia Spiritualia fecit per triduum dans pro convictu 1 fl. Item ex collectura ordinaria 22 fl. Terminarij attulerunt. In Civitate Collector S. Florianus accepit 12 fl. quos Musicis distribuit

XX — pro hac vice tantum. Hoc anno Dominica Passionis Exhibitio omissa fuit.

Aprilis.

16. Obiit Augustae ad Stellam A.R.E.P.M. Franc. Dominicus Schenk Custos Custodum, Romam profecturus cum Digmo nro ad Capitulum Generale; ast à morte vadi, que oppugnatus ut Custos Custodum vitae non esse videns vixit, postquam diffinitor definita sibi tempora peregit. R.I.P.

23. VI — Sepulta fuit in Ecclesia nostra ad Crucem circa Aram Oliveti D. Veronica Baumhauerin. Funus comitabamur omnes, in ingressu ad Ecclesiam Miserere cantantes more Romano. Solvit D. Conradus Baumhauer pro Sepulchro 20 fl. pro Exequijs, seu Ceremonijs funeralibus 2 et pro 3. Requiem 4. florenos. Tumba superimponit quotidie 4. mensuras vini post coenam exhaustas.

IX — Tandem aliquando post annos 27. solvit Vitricus meus restantes adhuc 125 fl. ex Patrimonio meo debitos, condonavit ei Conventus noster reliquam haereditatis portionem.

1741

Maius.

3\. Joannes Debler Lanius solvit, seu restituit Conventui nostro Capitale 100. fl. cum censibus adhuc debitis 35. fl. NB: ad importunas debitoris preces remisit Conventus 2. florenos

12\. Contractum iniit nobiscum Organarius huius Jo: Christophorus Herger de reparando Organo nostro pro 54. fl. ut videt Contractus in Archivio positus. Instatus necessarius sibi comparandus 20. fl. Vicarius noster in Wirtenbergicum, mansit ibi per tres menses, tandem revocatus comparuit, atque noviter contraxit pro nova Registrorum mixtura dicto petens adhuc 10. fl. ita ut pro reparatione 60. fl. accipiat.

21\. In festo Pentecostes, et per sequentes duas ferias, iuxta Mandatum in Bulla Romana expressum, exposito per 3. horas antemeridianas, Ssmo Sacramento hic, et ad S. Ludovicum 3. officia de Spiritu Sancto decantata fuere pro Electione Rdmi P. Generalis, in quem electus fuit Joannes Baptista Minucci praesente, ac Praesidente Ssmo D. Papa Benedicto XIV.

Junius

1\. Tollatur, quaeso, abusus iste in solemnitate SS. Corporis Christi, dum à vicinis, et alijs nobis petuntur Reliquiaria, seu Tabellae vitro pellucido ornatae, et applicantur peregrinis ornatibus, franguntur demum, aut non amplius restituuntur integra nostra: sic etiam fit in Processionibus, quando Vela nostra pretiosa mutuantur à Saecularibus.

13\. In solemnitate S. Antonij summum Officium h. 6. cantavit A. R. C. D. Paulus Drener Parochus in Ickingen, qui et Panegyricum habuit sub Themate Bonum certamen certavit. Officium solemne cum Musica Adm. Rdus, ac Excellentissimus D. Decanus Sebastian Kolb cantavit. Hospites ad Mensam 22. aderant. Hodie fulminis ictu Turrigad molendinum vulgo Grisselmühl perforata fuit. Hac die comparuerunt, quia citati, bona nostra pro censu debito muniantes, ex Henbach, Durlangen, et Schönhart iuramentum praestituri, sed quia conditiones praescriptas adimplere noluerunt Henbacenses et Durlangenses, solus Josephus Wengert cum uxore sua Catharina Fuchsin in Schönhart sub conditionibus requisitis accepit, et iuravit de more in praesentia D. Jacobi Wingert Syndici, ad Archigrammatei. Litteris in Archivio reservatis. In Schorndorff pro Conventu empta fuere duo plaustra vini pro 261. fl. cum omnibus expensis factis.

26\. Obdormivit in Domino B. Anna Maria Kuhnin, dicta Tinctoria crassa, Benefactrix Sepulta infra Chorum inter 2. Altaria B. M. V. et S. P. N. Francisci, pro Sepulchro 26. fl. solverunt Sorores nostrae haeredes ex asse. praeter Togam Imagini B. M. V. applicandam donavit Conventui 200. fl. ita tamen, ut, vi testamenti 75. fl. applicentur pro Anniversario cum tribus Sacris in perpetuum celebrando. accepit insuper Conventus 2. amphoras vini unicum 29. mensuris Tumbae superimponendis. R. I. P.

Julius.

2\. Dedicatio Ecclesiae ad S. Ludovicum celebrata fuit, officium cum expositione Ssmi etiam inde 2dis Vesperis; hinc in recognitionem miserunt Sorores Conventui nostro 14 fl. carnium, et 6. mensuras vini.

14\. Festum S. Bonaventurae cum Processione, et officio solemni celebratum fuit. Advenit hodie Neohuno A. R. P. M. Secretarius Commissarius Provincialis solus pro Visitatione habenda.

Augustus.

2\. In festo Dedicationis Mariae ad Angelos, seu Portiunculae officium solemne cantavit A. R. P. Prior Augustinianorum cum suis Musicis. Concionante R. P. Aurelio patre Augustiniano. Prandio interfuere 2. P. P. Priores cum 4. socijs, P. Concionator, 3. D. D. Senatores. 3. D. D. Parochi cum 10. Musicis.

Festum S. Dominici apud A. R. P. P. Dominicanos solemnisavit A. R. P. M. Secretarius ministrantibus R. P. Vicario, et P. Jacob, Concionem habuit R. P. Hippolytus Concionator Ordinarius.

Ad S. Ludovicum in festo S. Ludovici Ep. 19. et 20. huius in festo S. Christiani officium cum exposito Ssmo, miserunt iterum Sorores Vinum pro utroque die festo cum carnibus semel.

1. XIX Transierunt hic hisce diebus copiæ auxiliares ex Gallia in Bavariam divisæ in 4. divisiones, vulgò Colonen, quælibet divisio continebat 5. millia virorum et castra stativa erant prope Setingen. RR. PP. Castrenses Recolleti, etsi Tabernas habuissent sibi assignatas inhabitare, diverterunt tamen ad Conventum nostrum hospitaliter excepti.

6. R. P. Vicarius Custos unà cum P. Floriano Geiger Discreto Conventus nostri abiêrat ad Capitulum Uberlingæ celebrandum Anno 10. aeter 9. fl. acceperunt pro viatico.

17. XX In festo S. Stigmatum h. y. Processionem Sanctissimo Sacramento, quod ad medium decimæ usque expositum manebat, ob preces capitulares, ac Officium de Spiritu S. decantandum habuit; sic et 18. huius continuatum fuit; Feria 4. 19. huius post officium in Sacello decantatum, repertatum omnium ad Chorum, ubi repositum fuit non sine admiratione astantium; quis autem in mea absentia sic fieri disposuerit, ignoro, hoc scio, quod nostri ante- sub- et post Capitulum sparserint me- 1 iam ab officio Guardianatus depositionem diu desideratam, hoc statim vociserunt. Tibi Christe jam gratias ago, iam tibi expeditius serviturus deinceps, quia tanto onere me liberasti.

Anno 1741.

Protocollum Continuatum à Mense Septembris inceptum.

Successi Frater Antonius Obenberger de Maria Mayngæ, rediens de Capitulo Provinciali (: cui ut indignus Vicarius huyatis Conventus, ac Sueviæ Custos intereram :) Uberlingæ sub Præsidio Adm. Rdi. Exi. P. May. Laurentii Fischer ibidem Guardiani ac Commissarii Generalis 17mo huius Mensis celebrato; quando per majoritatem votorum renuntiatus est Minister Provincialis Adm. Rdus. Exi. P. M. Joachimus Roth de Herbipoli; Secretarius autem A. R. P. M. Chrysostomus Widmar de Uberlinga, pariter ego in Guardianum Gamundiani Conventus et Diffinitorem Sueviæ electus, die 30mo huius Gamundiam veni.

XX die 4to Octobris celebravimus festum S. P. N. Francisci, ubi solemnitatem amnam habuerunt A. A. R. R. P. P. Dominicani decantando Officium Adm Rdo P. Priore, et declamante Panegyrin consueto Concionatore. ad prandium fuerunt A. R. et Excellent. D. Decanus. A. R. P. Prior cum 4tuor sociis. R. P. Superior Augustiniæ cum socio, tres D. D. Senatores; P. R. D. Parochus in Zimerbach, et P. R. D. Caroli in Wezgen, et Dni Musici quatuordecim.

XIX 4to huius de nocte R. P. Kilianus Ord. Recollect. Castrensis advenit de copiis auxiliaribus ex Gallia advenientibus, quæ castra habuerunt stativa in Ebin und groß Süssen vulgò, apud nos pernoctavit, ac die 7mo de manè denuò discessit.

II 13tio Octob. R. P. Bac. Lazarus Sartorius Werdensteinio huc misit albam pepulcham cum tribus humeralibus, et Velum album pro Icone B. M. V. in altari S. P. Francisci.

22do huius advenit R. P. Bac. Balthasarus Bezel Herbipoli huc missus ut Vicarius Conventus huyatis.

VI XIII 13tio Novemb. cuiusdam Monialis in Cella Dei conductus fuit, quem è quolibet monasterio comitati fuere sex, ad hunc die priori civiliter invitati. ad 7mum et 30mum unus solummodo R. Pater missus fuit.

II 21 huius Organarius Joannes Christophorus Herzer reparationis Organi nostri

Finem tandem fecit à toto Conventu summo cum taedio iam diu exspectatum, quocum tamen minimè fuit contentus, partim ob probationem nimiam abipso factam, partim ob varias locutiones abipso in civitate sparsim contra Conventum ignominiose factas; die ergo sequenti à R. P. Colonato de pecuniis sacristiae solutus, cum honore dimissus fuit. Cautè imposterum cum isto homine incedendum, ne Conventus per totam civitatem satis factum fuit, et ipsemet per suam revocationem R. P. Procuratori factam fassus est, denuo diffametur.

XIV 27 9bris pro Eleemosina colligenda R.R. P.P. Jacobus et Sigebertus per civitatem missi sunt, et attulerunt 14 fl: 12 x.

XX Ad Rorate (quorum unum Monialibus ad S. Ludovicum superiorem semper offertur) Domini Beneficiati fuerunt invitati; sed tantum duo hoc accepêre, reliqui se excusarunt ob tempestatem minimè faventem; primum et ultimum ego cantavi. horae minores per totum adventum hora 10ma persolvebantur.

VII XX

XX 8vo decembr: Rorate cantavit R. P. Superior Dominicanus cum suis ministris, nam A. R. P. Prior impeditus erat ob electionem novae Priorissae in Cella Dei habendam. Scripsi quoque

IX circa finem huius Mensis satis bonam ratione patrimonij R. P. Jacobi Neumeyer filii huius Conventus, de quo non parum per antecessores meos sollicitatum fuit, sed ob iminentem belli aleam nullam accepi responsionem.

XVIII 21 huius A. R. P. Parochus in Reichenbach duodecim panes misit Conventui, quos et sequentibus duobus annis misit. 27mo huius à R. P. Bacc. Lectore Custode de Maria Maynga Litteras accepi, quarum tenor ita erat. Ex Comissione Rmi P. Mri Provincialis intimat P. Mgr Secretarius, quod per speciales Bononiae datas Rmus P. Gnlis eiusdem in Mrum Prolem electionem nedum ratihabuerit, et confirmarit, sed et suum in Alma nostra Prova Comissarium denominarit, instituerit(que), qui proin pro paterna sua sollicitudine omnes suae Curae concreditos R.R. P.P. et Fr. ad exactam regulae, sacrarumque Constitutionum observantiam cohortatur. praec: autem speciatim puncta conscientiarum tranquillitati, Provae utilitati ac decori, nec non proximi aedificationi consultura conformiter SS. Constitutionibus accuratius solito vult observari: 1mo quidem, ut inordinatus equitandi abusus omninò tollatur. 2do. ut pro pecuniis lusus etiam sub praetextu minoris quantitatis evitetur. 3tio. ut superiores et officiales solertem oeconomicae curam habeant. 4to. ut superiores et Lectores exactissimae studentium applicationi serio invigilent. 5to. denum. ut superiores in continuandis condendisque conventuum sibi comissorum protocollis desides non inveniantur, queis tamen defectus, excessusque fratrum passionato, ut fieri solet, animo non inserantur, sed acta futuris temporibus profutura. hoc tantum apposui, cum Litteras istas reservare nequiverim, ob alia adhuc inserta et cuilibet non manifestanda.

V

Anno Domini 1742.

XX Annum hunc (Deo sint Laudes) salvi et incolumes inchoavimus. die 20mo Mensis huius nempe in festo S. Sebastiani cum solitis Ministris officium solemne habui apud R.R. P.P. Augustinianos et Panegyrin habuit P. Hippolytus Concionator ordinarius.

XX 15to febry: in festo translationis S. Antonij cuncta fuerunt observata, quae habentur in Libro Miscell: — ob querelas plurimas ad me delatas psalmus Miserere iuxta antiquam consuetudinem per plures annos iam introductam figuraliter decantatus fuit per totam quadragesimam: inspiciendus Liber Miscellaneorum. Completorium vero nunquam cantatum fuit.

Contin: Anni 1742.

Februarius.

VI XIII In hoc Mense pariter defuncta est Monialis in Cella Dei, quod funus comitati sunt è quo-
libet monasterio sex; ad hoc priori die per earum officialem vulgo H: Hofmeister invitati fuerunt.
die 7mo et 30mo duo R. R: Patres ibidem celebrârunt pecuniæ de missis Lectis et post conventui
missæ fuerunt.

XIV 13 Martij è Collectura rediens Fr. Laicus Abrahamus attulit 47 f.
22do officium solemne cantatum fuit in Ecclesia Parochiali pro Neo electo Cæsare;
V de nostris duo ibidem celebrârunt non petiti, sed potius ex curiositate quadam, quam devotione.
XIV 27mo huius ex Collectura ordinaria R. P. Othmarus cum Fr. Laico Abundantio 40 f. attulit,
in civitate vero collectores duo fratres Laici Abundantius et Leonardus 13 f. et 17 acceperunt.
2do Aprilis. de Maria Mayngâ à R. P. P. Custode Litteræ quædam advenêre, quibus
sequentia inter coetera erant inserta, nempè quod constitutio SS. D. N. Papæ Benedicti
V Decimi quarti emanaverit super Clausura Virorum regularium, quâ absolutè prohibet, quo-
minus foeminæ cuiuscunque dignitatis intra septa Clausuræ etiam sub prætextu devotionis, curan-
darum Indulgentiarum, necessitatis &: introducantur, vel introire permittantur sub censura Ecclesias-
tica à SS. Canonibus Lata ipso facto incurrenda; quin tamen summus per hoc intendat
derogatum esse iis concessionibus, quæ ad favorem quarumcunque foeminarum nobilium, et eo
quod ipsæ vel earundem Maiores ac pro tempore existentes de familia fuerint, ac habeantur
Fundatores, vel insignes Benefactores illius Monasterij intra cuius claustra et septa foeminas
etiam de familia ingredi, vel concessum, vel cautum sibi esse voluerunt.
in festo SS: Philippi et Jacobi App: Licet ob ferias rogationum processio solita ad Montem S. Salva-
XX toris habita fuerit, attamen in nostra Ecclesia hora 12ma concio fuit, non sine magno concursu.
11mo Maij. in Beneficiatum electus fuit P. R. D. Burckardus Ihle.
XX die 13. Junij. Celebravimus Festum S. Antonij Paduani, ubi primum officium cantavit
A. R. D. Parochus in Feslingen, secundum multò solemnius Adm R. et Excellmus D. Decanus,
et Parochus civitatis, cui assistebant P. P. R. R. D. D. Mayer et Hebler ambo Beneficiati,
Panegyrin habuit P. R. D. Parochus in Wenzingen.
die 7mo huius in Beneficiatum electus fuit P. R. D. Joañes Gliger.
Primo Julij hic ex inasperato advenit sub Vesperis Adm R: Ex: ac Rigmus P. M. Provincialis
et Comissarius generalis P. Joachimus Roth ad instituendam suam primam
Visitationem; fuit eo die Festum Dedicationis Ecclæ ad S. Ludovicum superiorem,
invitatus ergo per nostras Moniales ad coenam, illinc se contulit cum P. M. Secretario
me comitante.
Die 5to vero et 6to hujus visitationem is habuit omni ex parte satisfactoriam tum
tum ex parte nostrûm, tum ex parte monialium ad S. Ludovicum. miserunt etiam
V more consueto D. Domini Civitatis 12 cantaros vino repletos per D. D. Xaverium
Stort et Joañem Ihle, ambo ad mensam invitati remanserunt.
quo eiusdem Rigmus et Eximius viam ingressus est Neohusium, quò proficiscentem comitati
V sunt usque in Ebersspach P. Guardianus et P. Procurator; atque inde refectione soluta,
domum reversi.

XX In Festo Portiunculæ Solemnia celebrârunt R.R. P.P. Augustiniani.

XX 4to Augusti Festum S. Patriarchæ celebravimus apud R.R. P.P. Dominicanos; ubi habuit Officium Solemne et Processionem P. Guardianus cum suis ministris, panegyrin autem R. P. Hippolytus concionator ordinarius.

VI 7mo huius sepulta fuit honesta Virgo Maria Theresia, filia D. Consulis Wengert, de quo- libet monasterio quatuor Religiosi funus comitabantur.

IX 27mo Septembris advenêre tria plaustra vini duodecim amphoras Wittenbergenses ve- hentia; quod vinum R. P. Procurator Albertus Jung coemit, solvendo amphoram in loco 22 fl, computatis vero sumptibus, aliis nobis illud avehendo amphora constat 30 fl. – – –

XX In Solemnitate S. P. N. Francisci officium cantavit absente Adm. R. P. Priore, R. P. Supprior Dominicanus: Concionem vero habuit R. P. Concionator Ordin.

die 21mo Octob: abiit cum suis obedientialibus Spiram R. P. Pacificus.

XIV die 26to Novemb: Eleemosinam in civitate collegerunt per 3 dies R. P. Othmarus et Fr. L. Leonardus; et retulerunt 15 fl.

XX In Festo Imaculatæ concept: Rorate cantavit A. R. P. Præsentatus Prior Dominicanus cum suis ministris. Sanctissimum mansit expositum usque ad horam 10mam; et post ultima fuit data benedictio cum cantu Genitori.

Annus Domini 1743.

III Primo Januarij habitum 3tii Ordinis assumsit P. R. D. Ignatius Stahl filius Dni Consulis Georgii Stahl p. m: investitionem eius publicè habuit in sacello S. Antonij R. P. Procurator ut Præses 3tiariorum Albertus Jung.

XX 20 huius divina apud R.R. P.P. Augustinianos de more peregimus.

II 5to Februarij in Ara S. P. Francisci B. Mariæ Virgini ablatum fuit de mane Rosarium rubrum ganz mit corallen cum numismate argenteo constans 8 vel 9 florenis ex incuria Fr. Lai: Petri sacristæ.

7mo huius Werdensteinio missus est R. P. Lazarus Sartorius ut infirmarius in Conventum nativum.

5to Februarij in Ara S. P. Francisci Btæ Virgini Mariæ ablatum fuit de mane Rosarium rubrum ganz mit corallen cum numismate argenteo constans 8 vel 9 florenis ex incuria Fratris Laici Petri sacristæ.

XIV 14to huius Fr. Laicus Abrahamus ex collectura retulit 90 fl.

XIII B. solent Moniales nostræ ad S. Ludovicum superiorem circa tempus bachanale sex mensuras vini sambt einem Kalben Kalb de facto conventui nostro mittere; alias nos illo tempore in earum conventu lautè tractârunt, ast antecessor meus

Contin: anni 1743.

R. P. B. Mansuetus Weidmann causa primaria fuit; uti moniales quaedam ipsae met fassae sunt, quod fuerit abrogatum, Anno 1741 invitatio ad prandium circa praefatum istud tempus prima vice ab illis omittebatur, et hucusque durat.

IX 15to Martij desuper emptum fuit vinum pro communicantibus in Ecclesia nostra, nempe amphora unica pro 13 fl. 30 x.

IX NB. ante festum Coenae Domini solet ancilla aeditui parochialis Ecclesiae comparere, petere pro communicantibus mensuras vini, fuitque quidem istud per antecessores meos saepius denegatum; interim Dni Civitatis pecunias conventui debitas pro vino illo exsolvendas semper retinebant, et aedituus subin ex hospitio vinum istud sumsit, cuius mensura constat sex batz: hinc Eximius ac Dignus Nr. eo tempore praesens mandavit, ut in futurum pendente lite exiguum cum protestatione detur vinum, ne conventui exinde per repetitam denegationem maius accrescat damnum. nam quis contra torrentem? videatur contractus et protocollo hic insertus.

3tio Aprilis circa meridiem pro secunda visitatione hic Mariae Maynga advenit A. R. Ex. P. M. Provincialis et Comissarius gentis cum suo comitatu, et habita visitatione utriusque Conventus tum nostri, tum etiam sancti- Monialium ad S. Ludovicum cum non mediocri sui satisfactione et consolatione et sua et nostra, facto etiam circulo visitatorio Dominorum civitatis praecipuorum.

XVI die 15to eiusdem denuo Neohusium abiit, quem R. P. Procurator solus per mediam comitabatur viam propter penuriam Fratrum feriis Paschalibus hinc inde expositorum; eodem autem die vespere reversus est.

23 Aprilis in Beneficiatum R. D. Josephus Mayer, eodem quoque die quatuor in senatores electi sunt scilicet D. Spigel, D. König, D. Storr, et D. Joan: Maise.

XII 3tio Maij hic celebrabatur Capitulum Provinciale P. R. P. P. Augustinianorum, 5to autem huius ad parochialem Ecclesiam solemnem habuerunt processionem h. 8va, pariter quoque officium et concionem, fuerunt triginta quinque.

6to huius profectus sum ad Capitulum Provinciale intermedium Constantiae celebrandum sub praesidio Adm. Rdi Eximij et digni P. M. Prov. Pdlis et Comissarij gentis Joachimi Roth, et quidem solus abii qua Diffinitor Sueviae, et ultimo huius denuo redux in Vigilia Pentecostes patentes publicari feci, nempe confirmationem meam. ad festum S. Antonij nemo fuit invitatus, verum ad festum Corporis Christi.

XX 12to Junij R. P. B. Balthasar Bezel Heitershemium discessit ut Vicarius ibidem.

18 huius R. P. Hippolytus Mayer pariter Spiram abiit ut Vicarius ibidem.

V 26to huius circa decimam noctis ex inopinato venit modernus augustissimus Romanorum Imperator Carolus Septimus, in hospitio vulgo der schwarze adler pernoctavit, et sequenti die post horam 4tam mane denuo Francofurtum profectus est. Es ist solcher zwar der ganze Hofstab

1743

Und stohlweiße Magistrat vor der statt die aufwarthung gemacht, und wir Religiosen vor dem hauß wöre Lochierte, aber er hat nichts anders geantwordet, als bedanckh mich; da kunden wir alle widerum abweichen.

11mo July advenerunt copiæ austriacæ ex Hungaria divisæ in quatuor divisiones, qualibet divisio continebat decem millia virorum. Castra stativa erant in möttlingen, ückingen, bettingen, willer etc. per quatuor dies in vicinia se detinnerunt, tandem 16to huius circa horam 4tam mane maxima pars equitum ac peditum per Civitatem ducebatur, angeßen die gantze Generalitet alß nemblich der h: General Kevenhüller, Balphi etc. cum Serenissimo Lotharingiæ duce Carolo duxs Marchieret mit 16 pondons, habebant secum etiam octingentos currus. Diß wurde von der statt, so lang sie sich aufgehalten, ihnen angeschafft, nemblich haber, heü, stroh, und holz, 72000 und 800 portion brod. die unkosten so sie der ollhießigen statt verursacht, sollen sich biß 26000 f: beloffen etc.

19 huius Friburgo in helvetia hic advenit R. P. Bermo Haselbauer.

in Vigilia S. Jacobi Apost: post obstinatam tandem 25 septimanalem infirmitatem fortiter exantlatam hora 8vâ vespertinâ omnibus SS: Ecclesiæ Sacramentis præmunitus in plena fratrum animam agonizantem Deo comendantium coronâ piissime in Dnô obiit hydropico laborans morbo R. P. Colonatus Reis filius Conventus huiatis, ætat: 63: Religiosæ professionis verò 42. cuius anima requiescat in S. pace. — VI

2do Augusti more consueto R. R. P. P. Augustiniani divina apud nos peregerunt. — XX

4to huius nos apud R. R. P. P. Dominicanos similiter habuimus, concionem proferente R. P. Vicario Lazaro. — XX

Sub initium huius mensis contagiosa pecudum lues hic locorum incepit grassari, et non tam vicinia nostra, quam Civitas ipsa eorum stragem prô dolor! maxime sensit. — XV

12 Septemb: advenit cum patentibus Mariæ Mayngæ R. P. Hermenegildus Schmiessner hic comoraturus tanquam terminarius.

Solemnitatem Seraphici Patris nostri Francisci habuerunt A. A. R. R. P. P. Dominicani. — XX

8vo octobris in Beneficiatum electus fuit P. R. D. Dominicus Stahl.

26to Novemb: Eleemosinam in Civitate inceperunt colligere R. P. Hermenegildus et fr. Laicus Abrahamus, et retulerunt 14 f. 45. — XIV

hoc anno tempore Adventus diebus dominicis ac festivis Rorate cantârunt R. R. D. D. Beneficiati per ordinem. In festo autem Immaculatæ Conceptionis B. M. V. Rorate cantavit A. R. P. Præsentatus Prior dominicanus: cum suis ministris. — XX

17 Decemb: advenit Werdensteinio R. P. Eutichianus Sibers.

25. huius In ipso festo Nativitatis Dni R. P. Othmarus Binder Hagenoam discessit.

Anno Domini 1744.

Januarius.

XIII Orientis anni hujus primum diem vidit et ultimum omnibus prius sacris ritè munita hora 4ta pomeridiana Ven: soror M: Eleonora Schlechtin aetatis suae 63. anni: S. Professionis verò 38. requiescat in S. pace. hoc die pariter P. L. B. Ignatius Stahl in

III Sacello S. Antonij finito nostro officio professionem publicè emisit, et pro toto conventu misit vinum.

II 6to. hujus D. Casparus Mayer vicinus noster aurifaber Conventui velum calicis rubrum cum Corporali donavit.

In festo S. Sebastiani apud R. R. P. P. Augustinianos ex more solemnia egimus.

XX 2do. Februarij Cometa apparuit, et singulis diebus usque ad finem Martij conspiciendum se dedit; quid autem prognosticet, varijs opinionibus inspectores, et Astrologi sentiunt; faxit Deus, ut bono sit omni; et simus boni, mala caventes, et Dominum, qui astra regit, sancto timore metuentes.

II 16to eiusdem Corona super Ciborium semper ponenda ab aurifabro fuit allata, ad hanc conficiendam numismata quaedam argentea fuerunt data, reliqua pecuniarum nempe 14 fl: contribuit ultrò R. P. B. Vicarius Lazarus. sie hat sambt Crönen freier 16 und ein halb Loth.

XX Psalmus Miserere iuxta antiquam consuetudinem hoc et anno praeterito fuit singulariter decantatus. ut in Libro Miscell:

IV P. B. m R. B. Ignatius Stahl Tertiarius post mortem conventui intendit Legare octingentos florenos pro 36 missis singulis annis Legendis; fuit hoc sub rosa R. R: Patribus Conventus propositum, et ab illis acceptum; quamdiu vero in vivis existit, Conventui dare promisit ad interim pro 36 missis per annum semper Legendis 18 fl: ; enim istud Legatum quod attinet, in silentio tractandum, ne ipsius fratri; vel eius familiae innotescat, alias forsan impediretur.

XVIII pro anno praesenti iam solvit 18 fl: et ultra Conventui gratis donavit 30 fl: D. O. M. diutius illum conservet sanum et incolumem, ut patronum nostrum et Benefactorem maximum. NB. Litterae pro praefato Legato iam ab ipso subscriptae in nostro Archivio reservantur.

XIV 23. Martij Eleemosynam in civitate collegerunt P. Hermenegildus cum fr. Leonardo, et retulerunt 16 fl:

29 hujus dimissus est fr. Laj: Pelagius Schmid Brisacum, vices eius supplevit, et

30 Maij. cum obedientialibus advenit fr. Simon Moye Brisaco huc missus.

VI XIII 3tio Junij defuncta est quaedam Monialis in Cella Dei, und weillen ihnen ein Laien Pfarrer war, eiusdem funus de quolibet monasterio solummodo duo comitabantur, et die 7mo et 30mo duo R. Patres ibidem celebrarunt ad requisitionem V. Rndae Matris Priorissae per earum officialem pridie factam.

XVI Singulis annis infra octavam Corporis Christi nempè pridie dominica unus R. Pater ad instantiam R. D. D. Parochi in pagum eiusdem vulgò Gettingen mitti solet; qui pridie iam adesse debet pro confessionibus excipiendis, et die altera pro celebratione missae; Eleemosyna enim pro functione ista ad nostrum monasterium mittitur.

In Festo S. Antonij primum Officium h. ctā. in Sacello S. Ant. cantavit A. R. et Clar. D. Paulus Brener Parochus in Jettingen; secundum vero ægrotante D. Decano, A. R. et Clarmus D. Schlecht Beneficiatus et Senior, cui assistebant duo A. A. R. R. D. D. Beneficiati Mayer, et Stahl. in Cathedra Encomiasten egit A. R. et Clarmus D. Beneficiat. Joañes Geiger, cætera more solito fuerunt peracta. XX

In Festo S. Bonaventuræ officium Solemne habuit præfatus D. Parochus in Jettingen, ad illud non invitatus, sponte se obtulit, Subque etiam A. R. D. Parochus in Zimerbach celebravit, ambo ad prandium aderant cum A. R. D. Ignatio Stahl 3tiario nostro, reliqua fuerunt observata, ut in libro Misell: videre licet. XX

In Festo Portiunculæ Solemnitatem tum quoad panegyrin, tum quoad officium Solemne apud nos habuerunt R. R. P. P. Dominicani ob incidens Festum SS. Rosarij B. M. V. in diem S. P. nostri Francisci; quo die impediti sunt ad habendam Solemnitatē nostram. XX

die 4to Augusti officium Solemne habuit apud R. R. P. P. Dominicanos P. Guardianus cum suis ministris, et panegyrin R. P. Baccı: Vicarius Lazarus Sartori. XX

7mo huius præsidente R. P. Bacc: Custode et Vicario Mayngano Anselmo Böll in Discretum hujatis Conventus unanimiter fuit electus R. P. Oswaldus Albert. I

11mo verò Dignissimus P. M. Provincialis pro 3tia Visitatione advenit, et die 19no induit S. Ordinis habitu Ven: Soror: M. Bonaventuram Cavallerin de Elvaco ad S. Ludovicum Superiorem. 20mo autem huius Mariæ Mayngam discessit, ibidem ultimum Visitationis suæ actum exercitūrus. XIII

30 huius Capitulum Provinciale Mariæ Mayngæ Celebratum fuit.

3tio Septembris Austriacæ copiæ ex alsatia redeuntes denuò advenerunt, et die sequenti iterum recesserunt. —

4to Octobris Solemnitatem S. Patris nostri Francisci habuerunt A. A. R. R. P. P. Augustiniani ob festum SS: Rosarij XX

Mense Augusto 30. et 31 et 1mo Septe Celebratum fuit Capitulum Provinciale Mariæ Mayngæ sub præsidio Adm Reverendi Exc: P. Mag: Leopoldi Witsch Comissarij Generalis, ubi per maioritatem Votorum renuntiatus fuit Minister Provincialis Admū R. P. M. Leodegarius Bürgisser de Lucerna, Secretarius autem Admū R. P. M. Melchior Osterrieder de Ratisbona. Antecessor vero meus in Guardianum Mariæ Mayngæ et ego Anselmus Böll in Guardianum huius Conventus electus fui, qui 10 octobris adveni et sequentes Patres inveni R. P. B: Lazarum Sartori vicarium. R. P. Bac: Marsuebiū Weidman. P. Albertum Procuratorem P. P. Jacobum, Cubicularium, Oswaldum, Beronem, Sigibertum, Hermenegildum et 5 Laicos. ite Patrem Josephum in Custodia. I

manu propria Guardiani A. A. P. Anselmi Böll.

30 octobris fuit dimissus Ratisbonam R. P. Benno Haseldarmer, et loco ipsius 4to Novembris advenit R. P. Elzearius Eysberger filius Conventus.

November

IX 3 huius fuerunt empta 11 1/2 amphora Würtenberg. vini, suma sumarum cum expensis erat 391 fl. erant enim non nisi tres amphoræ vini in Cella vinaria. in arca erant ultra 900 fl. 700 erant Capitalia.

Capital. 7 huius ist ein Capital angelegt worden bey Hans Caspar Segen burgern undt bingerbeck zu Wallerstein 700 fl.

XIII in festo S. Elisabethæ officium apud Sorores Cantavi pro Ven: S. matre Nominali, a quâ postea fui cum Patre Procuratore ad prandium invitatus

XX uvo Decembris Adm. R. P. Prasenhaber Prior Dominicanorum Rorate Cantavit cum suis mini stris. Rorate diversimodè Cantârunt R: Dom: Schlecht, Schedl, Geiger, Stahl beneficiati

XIV Eleemosynam in Civitate Collegerunt R. P. Hermenegildus et F. Abraham retulerunt 15 fl 14 X. Ex terminaria circa territorium Ulmense R. P. Eutichianus et F. Leonardus 56 fl 8 X 2 dl et 16 Ml dinckl 72 Ml Kern.

XX 19 Decemb. fuerunt oblatæ litteræ ab Excellentissimo D: Decano Augustæ datæ, ne imposterum in S. nocte 3 missæ legantur, nec confessiones excipiantur, nec S. Commun. administretur.

Annus Domini 1745

XX Hunc annum omnes (Deo sint laudes) sani et incolumes inchoavimus. 20 huius Mensis ob festum S. Sebastiani officium solemne habuit apud RR: PP: Augustinianos Pater Guardianus cum solitis ministris. Panegyrin habuit R. P. Mansuetus. mansimus dein ad mensam excepto P. Mansueto, et circa horam 4 domum redivimus.

mors Cæsaris Eodem die Monachij obijt Augustissimus Imperator Carolus 7. et vigesimo 5to, 6to et 7mo

VI solemnia peregimus cantando Requiem cum expositione tumbæ et 10 candelis. imus fuit applicatus.

VI 1 Martij defuncta est aliqua monialis in Cella Dei, funus cumulati fuit 4 et

XIII 7a in die depositionis quia 7 et 30 duo Patres Celebrarunt. invitatio eius fuit facta per officialem in Cella Dei

II 5to Martij R. P. Bar Lazarus filius et vicarius Conventus donavit Conventui Calicem argenteû, constitit 44 fl., quam liberalitatem Deus compenset.

XIV 22 Martij Eleemosynam in Civitate Collegerunt R. P. Hermenegildus cû fratre Abrahamo retulerunt 16 fl 2 X

Ex Collectura ordinaria attulit R. P. Eleazarus et F. Abundantius 20 fl 46 X.

XX In festo S. Antonij, quod incidit in festum SS: Trinitatis hora 6 officium in Sacello Cantavit Pl. R. ac Clariss: D: Paulus Brenner parochus in Issingen, 2do Adm. R. ac Excellent. D: Decanus Sebastianus Kolb, cui assistebant RR. DD. Beneficiati, Panegyrin habuit Adm. R. ac Clariss. Dom: Dominicus Stahl beneficiatus

V 26 Junij advenit Ex. et dignissimus P. Minister Provincialis pro prima visitatione, et qua prima vice visitavit, miserunt DD: Civitatis 10 cantaros vino repletos more solito.

IX quibus solvimus 170 fl. sicque sopita est omnis disputatio, et fenestra salvata.

17 Februarii Dnus Urban civis Gamundianus solvit Conventui 200 fl.

IX dedit Lectisternium pro filio suo Fr: Dominico atque ulterioris praetensionis hereditatis ob liberos ex 2do conjugio natos.

24 horâ sextâ vespertinâ advenit Rmus, ac Gratiosus Dnus D: L: B: de Adelmann Suffraganeus Augustanus sub pulsu Campanarum,

in Ecclesia parochiali, ubi de more solenniter exceptus in parochiali domo, seu Decanalem receptus est. Sequentibus novem diebus in festo sole S: Matthiae Ap: post celebrationem S: Missae, viri non continuis horis, sacramento Confirmationis multa millia hominum Confirmavit.

27 hujus Dominica 2da Quadragesimae ad Ecclesiam nostram perveniens cum dno Ceremoniario, aliisque ad hunc actum humanissimè invitatis

II R.R. Beneficiatis, ac sacerdotibus solemni ritu juxta Ceremoniale Episcopale, omnibus de Conventu praesentibus Consecravit tria Altaria 1. altare Majus in honorem Immaculatae Conceptionis B. M. V. et S: Ludovici Ep: et Conf. 2dum ad januam in honorem S: Barbarae V: et M. 3tium denique in honorem Christi Dni et dolorosae Virginis Mariae. his itaque ultra tres horas protractis horâ 12 Rmus Suffraganeus primam missam in summo altari celebravit.

Ad mensam invitatus, nobiscum prandere dignatus est, mansitque optimè contentus usque ad horam 2dam, ex post immediatè ad Ecclesiam parochialem vectus usque in seram noctem confirmavit indefessè omnes, et singulos ab annis 30 nondum confirmatos non solum incolas et accolas, sed etiam à longè venientes. Convivio nostro interfuere Excell. Clm. R. D. Decanus, D: Consul Civitatis Dominicus Geiger Parens noster spiritualis, Dnus Praefectus supremus Ferdinandus Storr, Dnus Joannes Geiger parochus Hospitalis, R.R. Beneficiati Bremer, Josephus Mayer, Mauchart. Dnus parochus in Zimerbach ad cujus instantias humanissimè factas Rmus 29 post absoluta sua negotia, Zimerbachium profectus iterum omnibus campanis revectus, Sacellum dedicavit.

II 30 Maii advenit Josephus Wannenmacher egregius pictor praeter victum Conventus ipsi solvit 300 flor.

XVII 18 octobris in festo S: Lucae Evang: incepère studia, 35 studiosi numerantur.

1mo 9bris 1ma vice horas Canonicas, et solemne officium solemniter celebravimus.

19 9bris advenit R. P. Bernardinus Haigbona, ut hic Terminarium ageret.

XX 8vo Xbris. In solemnitate immaculatae Conceptionis B: V: M: solemniter quoque in processione deportatae tres sacrae particulae 1ma de S: Cruce, cui adjecta particula S. Zachariae, Elisabeth, et Joannis Baptistae, 2da de Columna Christi flagellati, et 3tia de S: Barbara V: et M: publicae venerationi expositae sunt. Vasa, seu ostensoria ex oblatis anathematibus argenteis Christo flagellato appensis confecta fuere quorum duo argenti puri ponderant 80 Lotos. 3tium S: Barbarae partim ex argento, partim ex cupro factum deauratum fuit. Concionem habuit Plurimum Rev., ac Clarissimus Dnus Braun tunc temporis Beneficiatus in Bebingen, modo Parochus in Bergstach, qui memoratas SS. Particulas S. Crucis, et S: Barbarae Romae sibi comparatas nobis donavit. Deo gratias.

1753

4to Februarii advenit Fr. Laic. Dominicus Urban Solodoro.

VI 12 Febr. obiit Fr. Laic. Petrus Gruber horâ 2dâ pomeridianâ, fuit à longo tempore valetudinarius.

VI 14 Febr. Petrum Gruber sepultus est in cœmiterium R. P. Bau: Lazarus Sartori horâ 11 meridianâ, erat vir valde zelosus, et Conventui maximè proficuus. Requiescat in pace.

XX 13 Junii in festo S: Antonii horâ 6ta summum officium cantavit A. R. Dominus Joannes Geiger Beneficiatus, ac Parochus in hospitali. Concionem eruditam habuit R. Dnus Capellanus Weissensteiniensis Ignatius Debler. Officium 2dum cantavit A. R. Dnus Franciscus Schlett Beneficiatus Senior,

XX 2 Augusti in festo Dedicationis ad Angelos, seu Portiunculae officium solemne cantavit A. R. P. Subprior Bonifacius cum propriis ministris, concionante ordinario praedicatore Augusto.

XX 16 Septembr. in Beatificatione B: Josephi à Cupertino concionem habuit Excellmus Dnus Decanus Joannes Eustachius Schrots Parochus in Dorsdorff. Officium habuit A. R. P. Hyacinthus Prior Dominicanus

17 Concionem dixit A. R. ac Clarissimus Dnus Josephus Soll Exdecanus, Parochus actualis Suevo=Gamundiae, qui hoc anno successit dicto Decano Sebastiano Kolb. Officium habuit A. R. Dnus Beneficiatus Schott senior Confraternitatis.

18 Praedicavit A. R. ac Clarissimus Dnus Joannes Balthasar Ostertag Vicarius Camerarius Capituli Geislingensis. Officium habuit A. R. P. Cælius Bremer Beneficiatus Ecclesiae Parochialis.

hæc festivitas celebrata est tam in choro, quà in foro cum maxima solemnitate. Laudetur Deus in sanctis suis.

Capitulu Provinciale — Die 16. 17. 18. 9bris fuit celebratum Capitulum Provinciale Villingæ, ubi plurimis votis in Provincialem fuit electus A. R. P. Magister Seraphinus Fleischmann Herbipolensis, et Secretarius A. R. P. Bacc: Ferdinandus Ihler antea primus Confessarius ad stellam Augustæ. Guardianus 2da vice confirmatus pro hoc Conventu Fr. Florianus Geiger Definitor.

adfuere in Conventu R. P. Bacc: Felix Singer Vicarius, R. P. Bacc: Manfredus R. R. P. P.: Albertus, Jacobus, Osvaldus, Ottmarus Procurator, Hilarius, Firminus, Bernardinus, Fidelis Fr. Laici Abundantius, Abrahamus, Leonardus, Simeon, et Dominicus. Vivant in pace.

XVII — Inclytus Magistratus postulavit alium professorem, cui petitionem etiam annuit Ven: Capitulum.

1 oct. II — Peristylium jam valde excavatum, et penitus destructum de novo partim antiquis, partim novis lapidibus reparatum fuit.

4 oct. XX XVII — In festo S. Patris nostri Francisci solemne officium cum propriis ministris cantavit A. R. P. Prior Ord: Dominici, concionem habuit eiusd. Ord: Prædicator Ordinarius.

18 — In festo S. Lucæ studia inceperunt, studiosi erant 40.

1754.

II — Ex Diœcesi Eustadiensi accepimus Eleemosinas pro reparatione nostræ Ecclesiæ 200 fl.

11 febr. — Obiit Spiram Fr. Laic. Urban. Deo sint laudes.

19 XVII — Tandem se resolvit inclytus Magistratus exstruere magnificum Gymnasium in dem Konigsbrunnert Hoff, oder Schmaltzgrüblin genannt.

4 April — Advenit R. P. Josephus Hummel Lucerna. proh dolor!

9 May. IX — Nobis immanicavit Dna M: Catharina Osterriederin mater R. P. Andreæ Osterrieder litteras capitales 250 fl. de quibus ipsa usum censuum ad dies vitæ sibi reservavit. Deo gratias.

17 Junii VI IV — Sepulta fuit Dna Sabina Mayerin Tertiaria in Sacello S. Antonii prope cancellos a parte sinistra ad muros. Legavit pro anniversario duas missas 150 fl. dein Conventui nostro 10 fl gratis legavit.

2 Aug. — Concionem, et officium solemne celebrarunt R. R. P. P: Dominicani.

6 XX IX — destructa fuit antiqua domus, accepimus litteras reversales, ut in necessitate ædificium de novo exstruere valeamus.

27 7bris I — Emisit Lucernæ suam professionem Fr. Ven: Dominicus Geiger filius Conventus Suevo: Gamundiam.

23 — Advenit ibi Magnga Fr. Laic. Carolomannus Baur.

10 Nov: — Advenerunt R. R. P. P. Christophorus Held ut procurator, et Bernardus Sengler ut professor inferiorum.

Discesserunt FF: Laic Simon Kuhler Schönaugiam, et Carolomannus Bauer Ratisbonam. | 7. Junii

Concionem habuit A. R. ac Clarissimus Dominus D: Franc: Ignatius Hoffbauer parochus in Wasseralfingen. | 13 Junii XX

Officium solenne cantavit A. R. ac Clarissimus Dnus D. Josephus Doll Parochus Civitatis.

Advenerunt Schönaugia FF: LL Jacobus Hirle, ac Leo Dreher. | 13 Julii

Discessit P. Josephus Hummel Vilinga eisdem notis, fuit ubique | 25 Julii I

dimissus et eius Collega P. Martinianus Müller Werdensteinii. Leo sint laudes. | 28 Julii I

In festo Portiunculae, et S: P. Francisci ordinarii celebrarunt solemnia. | 2 Aug XX

Emisit sacram professionem Lucernae V: Fr: Franciscus Ant: Geiger filius huius Conventus. cuius parentes dederunt Conventui 300 fl. fuit pro Fratre Dominico Geiger | 18 7bris IX I

Advenit R. P: Sebastianus Knoblauch, quem secutus est 18 huius R. P: Beda Winterer professor Grammatices. | 15 Octob

1756.

14 Martii promotus fuit R. P: Hilarius Lechner ad Cathedram Heitersheimensem.

16 cui in Cathedra Gamundiae successit R. P: Bonifacius Voss.

19 Martii iterum advenit infirmus R. P. Bernardus Sengler Brisaco.

23 Martii proh dolor iterum advenit F: Laic Dominicus Frueharius Urbon, postquam intra spatium duorum annorum 4 Conventus visitavit. | I

10 Julio missus fuit Gamundiam R. P. Hermanus Wehrle loco R: P: Oswaldi Jung.

13 7bris eodem die advenit Fr: L: Simon Kuhler Haganoa, quo discessit ob infirmitatem R. P: Bernardus Sengler Brisacum.

Caveat A. R. successor, ne admittat studiosos intra annum ad concionem ob plurimas inconvenientias: alias nil notabile dignum occurrit. | XVII

Anno 1756: die 15: octobris post vesperas.

Ego Fr: Franciscus [Schelel] Adveni gamundiæ ut Guardianus, in Capi-tulo Provinciali ad dies 12: 13: 14: Yberlingæ celebrato: in quo per Maioritatem votorum in Provincialem Ministrum fuit electus R: P: et Eximius Pater Magister Ludgerus Fein de Ratisbona: in Secretarium Provinciæ R: P: P: Mag: Cosmas göldin de Lucerna. huic Capitulo Provinciali præfuit ut Commissarius Generalis Adm R: et Eximius Pater Mag: Expræsis Melchior osterrieder de Ratisbona: Antecessor meus fuit R: P: P: Florianus Geiger; qui fuit electus ut Superior Conventus Schönaugiani: in Adventu meo: die supra memorato sequentes adfuerunt Patres:

R: P: O: Mansuetus Weidman Custos Sueviæ.

R: P: Barnabas Breuthhauser Vicarius et Præfectus Scholarum.

R: P: Albertus Jung Senior: Sacrista: Confessarius Monialium: et Exactor.

R: P: Jacobus Neumayr: Clavicularius.

R: P: Bonifacius Voss: Concionator.

R: P: Fridolinus Hefele Professor Rethoricæ: et Præses Sodalitatis.

R: P: Firminus Eschbiller operarius in Civitate.

R: P: Christophorus Held Professor Syntaxeos.

R: P: Sebastianus Habbach Præfectus infirmariæ: et terminarius.

R: P: Beda Winterer Professor grammatices.

R: P: Hermanus Werle organaedus.

Fratres Laici.

Fr: Abundantius Schillerman Janitor et Sartor exiguo.

Fr: Abrahamus Stitz: Subsacrista et Sartor.

Fr: Leonardus Walker: terminarius et coquus.

Fr: Jacobonus Hirle: coquus et hortulanus.

Fr: Simon Richter terminarius.

Fr: Dominicus urbon excitator ad Matutinum et Moderator horologii.

16: huius Consuetas Salutationes et visitationes deposui apud consultissimos Dominos Consules Civitatis: specialiter autem apud XVII consultissimum dominum dominicum Geiger; qui parens est noster spiritualis: et magnus promotor studiorum inferiorum, et pariter effecit, ut tres professores Scholis præsint: und ist die pro emante schmalzgründen eber zur elungsnishtal[illegible]

96

Aº: 1756:

XVII Inclitus Senatus gamundianus elargitur Conventui nostro pro quoli=bet Professore 50: fl: hoc est 150: fl: et licet hoc Salarium videatur ali=quibus aliqualiter exiguum, nihilominus tamen est Venerabili huiati Conventui hoc Salarium valdè proficuum, quia semper habet missarum Stipendia omnino sufficientia.

IX 17: huius indagavi debita huius Venerabilis Conventus passiva quæ contraxit in restauratione Ecclesiæ, quæ valdè benè ad suum decorem fuit re=stituta, et reparata ab Antecessore meo A: R: P: Floriano Geiger: et hæc debita passiva se extendebant usque ad 1651: fl: et 15: Xrs: quæ hodiè sunt omnino extincta, Deo sint laudes.

20: huius discessit R: P: Hermanus Werkle, qui fuit hic gamundiæ vix per 4: Menses, primum enim advenit 10: July huius anni, et 20: octobris iterum discedere debuit Überlingam: Carebat itaque

II Venerabilis Conventus gamundianus necessarijs organista per 13: in=tegras Septimanas; rogavi quidem A: R: P: Mag: Guardianum Mariæ Maynganum, ut mihi per unum organistam succurrat, sed surdas pulsavi aures, et nihil efficere potui.

November.

14: huius accessi cum R: P: Vicario Barnaba Reutlhauser honori=ficum Dominum Stattmaister Jäger, à dicto Domino specialiter vocatus et invitatus; post 6: vespertinam comite R: P: Vicario redij domum, et statim, antequam adirem meum cubile, Rndis Patribus iam iam cœnantibus assidebam, finitâ denique cœnâ F: L: Simon Victor petijt à me Clavem pro accomodando Lectô, sed nec dicta Clavis, nec universalis vulgò Haubt-Schlissel Claustrum, quod erat opus omnino artificiosum, amplius aperire ~~ust~~ potuit, hinc in Guardianatûs Cubile haud potui; ideò Jussi Culinæ Famulum ascendere

IX per fenestram Cameræ Provincialatus, qui deinde circa octavam vesper=tinam mihi aperuit, quia autem Clavis cubile guardianatûs necdum aperire voluit, vocavi ad Monasterium Fabrum Serrarium, qui om=nino solvebat Claustrum de Januâ, et invenit in Claustro projectum Clavis adulterinæ, hiermit ist ein Closter-dieb über das quardia=nat kommen, und hat mich zu bestehlen gesucht, so aber der gnädige Gott verhindert hette, ich hab zu meinen der liebe Gott hat ... Dominicus urban, welcher schon underr einige täg vorhero ...

Meinem ~~Vorfahrer~~ Vorgesetzer erst vestiarium bestellen hatt, nächtlicher weill bis 10: und 11: uhr ~~hat~~ spillen hören, und wollen ehrer lügen-bund schon in puncto furti notabilis, so er in dem vestiario und Meinem Vorgesetzer einsgezebet, sich sehr suspect gemacht, so verbleibe bey dem nämblichen geschluss: niemand ~~hat~~ ander hat mich bestellen wollen, als der lügen bund. Nemo enim scit, quis Ille talis sit, nisi Illum expertus sit. | I

15: huius Advenit de Maria Mayngä Venerabilis Fr: Clericus Joachimus Stirmer ut Professor grammaticus fuit tantum subdiaconus. | XVII

26: huius advenit R: P: ottmarus Dimler filius huius Conventus: qui post tres dies subijt officium Procuratoris

29: huius primum Rorate Cantavit Plurimum Rndus et Clarissimus Dnus Dnus Joannes Geiger: Parochus in hospitali. | XX

30: huius ~~pri~~ secundum Rorate decantavit Plurim: Rndus Excellentiss Dnus Ex: decanus et Parochus Civitatis Dnus Josephus Doll.

December.

4: huius. in festo S: Barbaræ V: et M: Concionem habuit R: P: Bonifacius Voss Concionator ordinarius: officium solemne decantavit R: P: Guardianus cum diacono et subdiacono: hac die prandas erat apud nos plur: Rndus et Clarissimus Dnus Ignatius Stahl specialissimus S: V: et: M: Barbaræ Cultor, et erga eandem Devotionis Promotor, nec non Conventus nostri singularis Patronus: ad prandium cum iam memorato domino quoque præsens erat Adm Rndus et Clarissimus Dnus Petrus Reiss. | IV. XX

8: huius. in festo Immaculatæ Conceptionis officium solemne decanta-vit de Mane Plurim: Rndus et Clarissimus P: Prior ord: S: Dominici cum suis Ministris. | XX

9: huius discessit Venerab: F: Clericus Joachimus Stirmer ad suscipien-dum S: Diaconatus ordinem Augustam Vindelicorum; Viaticum accepit à Venerabili Conventu 4: fl: | XVI

Januarius A:o 1757:

19: huius Advenit tandem post plurimas factas Instantias apud Dignissimum Nostrum R: P: Vincentius Hyrlin sine obedientialibus, ut ad interim tantum Venerabili huic Conventui, qui per 10: integras septimanas omnino necessario carebat organaedo in sub-sidio succurrat organo: usque dum aliam Dignissimus noster P: Mar-Provincialis cum dicto P: Vincentio sit facturus dispositionem. | II

Martius Aº 1757.

12: huius in Ecclesiâ nostrâ Sacrum celebravit Rndmus et Illustrimus D. Dnus L. B. de Welden Canonicus Capitularis Ecclia Cathedralis Frisin=gensis: Iter faciebat Stuedgardam ad Serenmum Principem.

Aprilis

6: huius advenit Suevogamundiæ Adm Rndus et Eximius P. Mnr Prôalis et Commissarius Generalis cum Sociô Secretario et Assistente Prôæ Adm Rndo P. Magro Cosmâ göldin ad faciendam in hoc Conventu pri=mam Visitationem.

X 7: huius officium solemne decantavit altè fatus Eximius P. Mnr Prôalis et Nobis omnibus sacram administravit Synaxin.

V 19: huius discessit memoratus Dignmus P. Mnr Prôalis cum Adm Rndo P. Mag. Secretario, quos ego et R. P. Othmarus Dimler ut Procurator sumus Comitati usque in Ebersbach, et ibi sumpsimus pran=dium, quod constabat 2 fl. 12 Xr. circa medium secundæ discessit Dignmus Neokusium, et ego cum R. P. Procuratore sum reversus domum.

Maius

1: Maij Rndi Patres discesserunt Rndi Patres: R. P. Barnabas Beutl=hauser, qui fuit Vicarius Conventus et Præfectus Seminarij Scholastici qui fuit missus Werdensteinium ut Vicarius Conventus. et R. P. Boni=facius Voss, qui fuit Concionator: et hic fuit Missus Lucernam.

IX. 11. 10: Maij et sequentibus diebus Cæmentarij medium reparârunt dor=mitorium, hoc reparatô, totam Ecclesiam in fornice, pavimentô, et parietibus ab aranearum purgârunt telis.

14: huius Advenit gamundiæ R. P. Aquilinus Schreder, â dignissimo Nostro P. Mnro Prôale specialiter huc missus, ut vices subeat Vi=carij Conventus, simul et Concionatoris, fuit verè insignis Concio=nator, si sanitas huic officio correspondisset; et semper, dum erat in Conventu gamundiano, incipiebat deficere, quia neque Vinum neque Cerevisia illi conducebant, hinc et ipse Medicus Excellen=tmus Dnus Georgius Fellingert incipiebat desperare de recuper=andâ antiquâ sanitate, ideò potius suadebat ut iterum redeat in patriam suam, de quâ veniebat gamundiam. vix enim propè

prope Herbipolim veniebat, omnibus viribus fractis per sedam gestatoriam ad Monasterium nostrum transportari debuit; qui tertia deinde die omnibus SS: Sacramentis solicite susceptis in Domino obijt. Requiescat in pace.

13:

Junius.

13: huius. in Festo S. Antonij Concionem habuit Adm R: et Clarimus Dnus D: Paulus Brenner; quam in se proprio motu suscepit. officium solemne decantavit Adm Rndus et Excellentmus Dnus Josephus Doll Parochus Civitatis huius; plures Consultissimi Domini huius Civitatis cum istis prenominatis apud nos prandium sumpserunt. XX

Augustus.

2: huius. in Festo Portiuncula Concionem Solemnem habuit A: R: P: Concionator ord: S: Augustini: officium autem solemne decantavit A: R: P: Superior cum proprijs Ministris. ad prandium plures adfuerunt hospites honorarij ex civitate. XX

4: huius Concionem Solemnem habuit apud Rndos Patres Dominicanos R: P: Ciciarij Aquilinus Schreder, et ego P: Franciscus officium solemne decantavi assistentibus proprijs Ministris; XX

19: huius officium solemne de S. Ludovico apud Sorores nostras decantavi. miserunt octo Mensuras vini mit einem schönen Kalbs=schlögl. XX.XIII.

September

17: huius. in Festo Sacrorum Stigmatum officium solemne decantavit Plurimum Rndus et Clarimus Dnus Paulus Brunner; qui etiam apud nos prandium sumpsit. XX.

Eodem die tempore serotino advenit de Ratisbona Gamundiam R: P: Romanus Zindl. et 18: de mane discessit Salzburgum ad Conventum suum nativum; ut salutet Parentem suum amantissimum; quem a multis annis non vidit; inde post quatuor Septimanas iterum reversus est Ratisbonam.

25: huius in Zimmerbach Concionem habui pro Festo Dedicationis Ecclesiae, et prandium sum; dictus Parochus est inquam Patronus nostri Monasterij; et hoc unice est dolendum; quod pinguius beneficium non possideat; alias certe noster sacer ordo specialiter vero Conventus noster Gamundianus; et Sorores nostrae ad Stum Ludovicum pluribus foverentur beneficijs; quia valde liberaliter compensat omnia beneficia ipsi in Juventute sua exhibita. XVI.

october aᵒ: 1757:

Primò huius discessit R: F: Vincentius Hirlin, qui per octo Menses hic
II ut organaedus inserviebat, quô Conventus gamundianus per 13: integras
septimanas orbatus haerebat, prô dolor!

R: F: Sebaldus Fischer organaedus studio Theologico absoluto in Conventu
Mariae Myngano huc Missus est ut organaedus, qui etiam Scenam Comi=
cam autumnalem laudabiliter composuit.

XX 4to: huius Concionem Solemnem habuit A: R: P: Conradus baumhauer
ord: S: Dominici sub themate: insipientissimus sum virorum et Sa=
pientia non est in me: proverb: c: 30: V: 3: hanc Concionem omninò
docte proposuit. officium Solemne decantavit Plurim: Rndus et Eximius
P: Prior Donatus Heÿter assistentibus propriis Ministris.

10: huius discessit R: F: Sebastianus Knoblach Filius huius Conventus
Ratisbonam, ut ibi agat terminarium.

13: huius Advenit de Constantiâ gamundiam R: F: Caelestinus Fritz,
XVI ut agat Professorem Inferiorum Scholarum.

16: huius tempore vespertinô advenit de Brisacô gamundiam R: Pater
Rupertus Schlegl, ut agat Professorem Rhetorices.

XVII hoc annô Scholastico ut Praefectus Scholarum à dignissmo Nostro Patre
Ministro Provinciale constitutus est R: P: Fridolinus Heßle.

December aᵒ: 1757:

XX 8: huius officium Solemne assistentibus propriis Ministris decanta=
vit A: R: et Eximius P: Prior Donatus Heÿter assistentibus propriis
Ministris ord: S: Patris Dominici

hoc Mense discessit Venerabilis et Religiosus Frater Joachimus Stir=
XVIII mer, qui fuit per annum Professor Inferiorum, quia autem mo=
dus docendi in his partibus non conveniebat cum ~~Francio~~ Francio=
niô, ideo huic Conventui valedicere debuit cum R: F: Sebastianô
Knobhach, licet autem pariter cum memoratô Patre Sebastiano
habuerit à dignissmo nostro obedientiales Ratisbonam proficis=
cendi, hanc obedientiam subire non potuit, dum febri acutâ
omninô periculosè fuit correptus, et per plures septimanas in
Conventu gamundiano ad antiquam Sanitatem recuperandam hae=
rere debuit, feci desuper dignissmo nostro relationem, qui postea dicto
Fr: Clerico misit obedientiales ad Conventum Constantiensem.

Januarij a: 1758:

Primò huius ego officium solemne decantavi pro Venerabili Conventu. XX.IV.

4tò huius iuxta iam antiquum modum à longo tempore introductum habuimus prandium solemne, apud quod comparuerunt Colendus Dominus Dominicus Geiger Consul et Parens noster Spiritualis cum alijs Dominis ex inclito Senatu, nec non duo Rndi Patres dominicani: duo Rndi Patres Augustiniani: duo Rndi Patres Capucini, et semper horum Religiosorum superiores invitantur. IX

Aprilis.

11: huius advenit dignus noster Pr. Mr Prõalis et Commissarius Gnlis unà cum socio Pr. Magr. secretario sanus et incolumis, secundam habuit visitationem et discessit 20: huius Neohusium, quem unà cum socio P. Procuratore fui comitatus usque in ~~[illegible]~~ Oberstess, ubi prandium sumpsimus, quod solvit R: P. Procurator: eodemque die fui iterum unà cum nominato socio reversus domum. V

Maius.

13: huius obijt Romæ summus Pontifex S: Romanæ Ecclesiæ Benedictus decimus quartus: ob cuius obitum Rmus Adm Rndissimus noster Pr. Minister Generalis Fr. Joannes Baptista Constantius de Asisio artium et Stæ Theologiæ Doctor, ac totius ordinis Minorum Conventualium post Seraphicum Patriarcham Minister Generalis LXXXVI: ad totam nostram Provinciam argentinensem superioris Germaniæ præsentes literas memoratu dignissimas mittere voluit, quas huic protocollo inserere et notare volui, quæ sunt sequentis tenoris. VI Mag.d Ceps.

omnibus Patribus et Fratribus nostræ Pastorali curæ subjectis salutem in Christo Jesu ~~[illegible]~~ et Seraphicam Benedictionem.

Adm Rndi Patres = Maxime atque incredibili animi mærore confecti infausta, et ad extremum usque mastissima vobis ~~mastissima~~ nuntiare compellimur, Patres, fratresque dilectissimi: Benedictus XIV: Ecclesiæ Dei nostris temporibus fulgentissimum lumen, et in summi Pontificatus rectissimo Imperio nulli secundus, cuius Nomen et fama propter Eximiam eius sapientiam solidasque virtutes nunquam certè moritura, à mari usque ad Mare omnium sermone celebratur, post diuturnam, eamque acerbissimam infirmitatem spectatissimo Patientiæ exemplo toleratam, innumeris Celestis sapientiæ suæ, Pietatis, Munificentiæ omniumque

Virtutum, præsertim verò Pastoralis Solicitudinis Monumentis, tandem die 3.tia huius Mensis May 1750: in Festò nimirum Inventionis S. Crucis sub cuius titulò S. Crucis Cardinalatus dignitatem gerens eidem S. Cruci vitam, moresque suos semper conformaverat, Sanctorum more strenuè, et in Spirituali Lætitiâ mortem aspiciens, à Xsto Domino, cuius vices in terris habuit, ut propriæ Crucis uberrimos æternoque fructus reciperet, ad cælum secum regnaturus /: ut sperare nos decet: / vocatus est, in cuius Supremi viri iacturam, qui nemini non beneficia pro Immensâ Cordis sui amplitudine præstitit, non Roma solum, non solum Ecclesia Christi, sed totus ferè Mundus collacrymatur, at præ omnibus nostra religio ita in luctu versatur, ut pure meritò timendum, quod infixum eius animo dolorem nulla ratio futuris temporibus possit esse tanta, quæ valeat aut penitus evellere, aut saltem temperare. Enim verò /: heu Nos miseros: / quot argumenta, quotve causæ impellunt, ut sic doleamus, in unò hoc Pontifice Summò omnia Nobis sanè secunda perdidimus! perdidimus Munificentissimum Benefactorem, qui omni studiò, et tempore Nobis Beneficia cumulatissimè largitus est. Nostra Comitia Generalia secundò atque tertiò præsentiâ suâ decoravit: Venerabilem Patrem Josephum à Cupertino Nostri ordinis Sacerdotem, præmaturo tempore, generosâ et omninò insolitâ dispensatione in beatorum Numerum retulit: Sacram Assisiensem Basilicam, postquam in omnibus acceptis privilegijs confirmavit, eam ad novos summosque honores evexit, ac singulari prorsus exemplò in Basilicam Patriarchalem et Pontificiam Capellam instituit: tantis denique in Nos beneficia priora in nos cumulavit, ut satius sit Eximij huius Benefactoris Jacturam flere, quàm ea numerare: perdidimus Protectorem Clementissimum, qui et dictis et factis se Nostri ordinis Protectorem testatus est. Cum enim nostra Religio à Sanctitate suâ Eminentissimum quemdam ex Sacro Cardinalium Collegiò in Protectorem dudum postulasset, sæpè respondit, se velle ipsam Religionem nostram suâ Clientelâ protegere, denique res nostras in suæ tutelæ præsidium ita recepit, et non semel ita tractavit, ac si gravissimis totius orbis negotijs non detineretur. unò tandem verbò Patrem perdidimus, qui ordinem nostrum, ordinis Superiores, nosque præsertim ad Sacri pedis oscula sæpè sæpius accedentes, singularis prorsus Paternæ Benevo=

=lentiæ significationibus tanquam filios complectebatur.

Quapropter sicuti perpetui doloris nostri tot causas habemus; ita ad perpetuam beneficiorum eius in corde nostro memoriam habendam, ijsdemque beneficijs pro viribus gratiam rependendam summo Jure sumus obstricti. Igitur nullo unquam tempore /: Fratres dilectissimi :/ ab oratione cæterisque suffragijs pro tanti Pontificis animâ abstineamus; ne turpissimæ ingratitudinis apud æterni Judicis tribunal arguamur: atque interim vestræ sint partes; ut in omnibus Provinciarum Conventibus duæ Missæ solemnes de Requiem debitis parentalibus celebrentur: quilibet sa= =cerdos nemine prorsus excepto Missæ sacrificium ter pro eius animâ offerat: Clerici tria integra defunctorum officia magnâ cum pietate persol= =vant: Fratres verò laici tribus vicibus B: M: Virginis Rosarium re= =citent. His addere vos non pigeat assiduas preces, supplicationesque, ut Dnus noster Jesus Xtus pro infinitâ, quâ erga homines præsertim verò Catholicos, ardet charitate, eum sibi in terris Vicarium deligat, qui et Ecclesiam universam perfectissime ad sui similitudinem admi= =nistret; et nostrum ordinem speciali benevolentiâ, offitijsque chari= =tatis, quibus valdè indigentes sumus, benignissimè prosequi non de= =dignetur. Faxit interim Deus, qui cœlestes suas benedictiones et gra= =tias /: quod vehementer optamus :/ super vos indesinenter effundat.

Paternitatum vestrarum

Datum Bergomi in Sta Visitatione 12: Maij 1750:

Fr: Joannes Baptista Costantius
Minister Generalis et Servus.

has Litteras ideò huic protocollo insere volui; quia sunt memoriâ et notatu dignissimæ.

Junius

13: huius Concionem solemnem habuit in Festo S: Antonij de Paduâ neo=electus Parochus in Betteringen Plurim: Rndus ac Clarissimus dominus Josephus Straubenmÿller. XX

Officium solemne decantavit Plurim: Rndus et Clarissimus Dnus Josephus Doll Parochus civitatis, Ex=decanus Venerabilis Capi= =tuli Ruralis Gamundiani, unâ cum Ministris, qui sunt su= =periori Conventûs ad libitum.

1750:

Junius.

XX in hoc ~~Festo~~ S. Antonij ~~P. Fridolinus~~ non amplius comparuit P. Fridolinus hefli ad prandium cum cæteris hospitibus; quia nec comparere potuit ob morbum omnino periculosum Epilepticis haud absimilem, qui eundem vicibus repetitis aggressus est; et licet Medicamenta à Dnô Medico eidem præscripta, fuerunt applicata, nullum tamen habuerunt effectum: ideò post discessum Dni Medici Zwingers, qui extra Civitatem alibi vocatus est, vocavi Dnum Medicum Jegger, qui statim comparuit; ac omnino admiratus est hunc omnino periculosum et incurabilem morbi statum, dedit insignia huic Patri Medicamenta, per quæ iterum fuit restitutus; adeò ut iterum omnes præsentes agnoverit, quos anteà ob hunc periculosum morbi statum cognoscere haud potuit: asseruit tamen Dnus Medicus Jegger, Cum nô 3: täg draumbt, so däumbt nô 3: Monath; quod et factum est, et fuit accessus subsequens terribilior, quàm anteà fuit, hinc Reverendi Patres in Conventu (: excepto P. Mansueto :) unanimiter me accesserunt rogantes, ut huius Epileptici Patris Fridolini apud dignamum Patrem Ministrum Prolem dimissionem ad suum Conventum Brisacensem nativum expostulem, quod et feci, omnesque meis litteris se sub-scripserunt et quidem nullô exceptô, unde dignmus Noster P. Mr Prolis statim obedientiales misit ad Conventum suum nativum, qui deinde primum 20: Novembris comitante eundem P. Firminio hac discessit, et vix non securè pervenit ad Conventum suum nativum, quem deinde durante prandio, ad quod veniebat, Ille terribilis morbi status non sine horrore Patrum Mensæ assidentium arripuit, misit deinde Eximius P. Magister Exprolis Guardianus Seraphinus Fleischman ad suum germanum Plur: Rndum Dnum Parochum in Klingnau, an non forsan ibidem curari possit, quod eidem ex toto corde precor, quia status Morbi omnino est horribilis.

Hoc Mense ex Commissione Rndmi P. Mri Gnlis veniebant litteræ, quibus strictè et sub obedientiâ mandat, quod è Carcere, in quo ob gravissima ab eo commissa scelera detinebatur, recenter aufugerit in Conventu nostro S. Francisci Viterbij P. Josephus Palmiggiani

qui est vir mediæ circiter ætatis, et staturæ ordinariæ, crines habens
castanei coloris, faciemque rotundam cum mento acuto, in ipsâ facie ali=
quot variolarum vestigiis seu minutis cavitatibus distinctis, id exposuit
Rndissimus cum præcepto ad Rndos Patres Guardianos, ut, si eundem ad quem=
dam Conventum in nostrâ Provinciâ devenire contingat, mox carceri man=
cipetur, ita securè, ne sæcularibus innotescat; de integrâ reparatione
expensarum ipse Rndissimus erit sollicitus. datæ sunt litteræ 14:
Aprilis Paduæ 1750:

XVII Studi[illegible]

27: Junii erat Capitulum intermedium, in quo ordinavit Venerabile diffini=
torium, ut tam in inferioribus quàm superioribus scholis, incidente
infra septimanas die festo, una tantum die pomeridianæ concedan=
tur vacantiæ, intervenientibus verò duobus festis prorsus nullæ: ad
hoc etiam paschali et Pentecostali tempore non nisi duntaxat (: nullo
intercurrente festo :) binâ per hebdomadam vice permittit. quod, ut
promulgetur, Dignmus mandat: murmurabant quidem Professores
Gamundiani Inferiorum, et me unus ex istis tribus, licet omnes tres
eiusdem farinæ erant socii, accusabat apud Dnum Consulem Storr, me
esse huius decreti Authorem; hinc dictus Dominus accessit Patrem Firmi=
nium, locutusque est ibidem cum Patre Fridolino; postquam autem apud
dictum Patrem Firminium veniebam, statim ita me allocutus est:
Man, solle in Deutschen die ordinari vacants=täg geben, es mögen
feyrtäg seyn, oder keine: cui cum reverentiâ reposui, quòd non
sim ego author huius decreti, sed Venerabile Diffinitorium, narravi
postea in Adventu suo hæc omnia dignmo nostro P: Ministro Provli,
qui postea cum dicto Domino Consule Storr seriò locutus est, asserens,
hoc decretum in necessarium Iuventutis studiosæ commodum et utilitatem
fuisse à Venerabili diffinitorio factum; cui dictus Dominus Consul Storr
nec verbulum reposuit, fui et ego præsens huic discursui.

VI

Sub 10: Augusti accepi litteras à R: P: Custode Sueviæ Bertholdo Khaiber
huius tenoris: Dignissimus noster ex mandato Rndissimi P: Ministri
Generalis mandat, ut pro animâ Rndissimi Patris Ex=Generalis Patris
Antonii Calvi de Bononiâ, qui 19: Mensis Junii in Conventu Bononiæ
extremum diem clausit, in unoquoque Conventu una pro eiusdem

animā cum cantu celebretur missa solemnis: quilibet sacerdos exinde semel Missæ sacrificium offerat: ab unoquoque ex Clericis integrum persolva=tur officium defunctorum: quilibet verò ex Fratribus laicis Coronam B: M: Virginis recitet.

September

Sub die 4: Septembris communicavit litteras R: P: Custos Sueviæ sequentis tenoris: à Rmo P. Ministro Generali ad nostram Provinciam directas.

Nos Fr: Joannes Baptista Constantius de Assisio M: R: et sacræ theologiæ Doctor: ac totius ordinis Minorum Conventualium S: P: N: Francisci post seraphicum sanctum Patriarcham Minister Generalis LXXXVI:

Admodum Rndi Patres! Jam diu vobis dilectissimi animi nostri mærorem significavimus: quô Benedicti XIV: Pontificis maximi supremum diem condolentes angebamur: hinc publicas preces vobis indiximus: quibus non tam defuncto Pontifici parentaremus: quam ut alium à Xto Jesu præ=stolaremur: qui et viduam solaretur Ecclesiam: et nos gentemque nostram suâ ope roborraret. sit autem benedictus Deus et Pater D: N: J: Xti: qui consolatur nos in omni tribulatione nostrâ: ipse namque dedit: ut post varias provincias in sanctâ visitatione fessis licet vi=ribus peragratas pedem ipsâ eâ die: eâdem horâ reduxerimus: quâ urbe totâ plaudente Eminentissimus ac Rndissimus dominus Cardinalis Rezzonicus Episcopus Patavinus summus Pontifex recens creatus Cle=mentis XIII: assumpto Nomine renuntiabatur. Jam verò in omnium frontibus lætitiæ copia legebatur: ut nec ætas: nec sexus quemquam detineret: quo minus ad sanctam Vaticanam sedem celerrimò volatu quodam confluendô: tam iucundo: tamque gratô perfrueretur specta=culô: habuit sanè Romana Ecclesia: unde posset de tanto Pontifice cuncta sibi prospera ominari. nam eâ ipsâ die sibi cælitus datum aspexit: quo solemnia in honorem Principis Apostolorum absolve=bantur: verùm nec desunt ordini nostro argumenta: unde sibi quæ=que eventura ab ipsô bona valeat auspicari: Hic enim ille est: qui sacram Patavinam ædem nostram flammis ferè consumptam quantocius restaurandam ope præstitâ ~~restauravit~~ curavit cæterosque in exemplô suô primus incitavit. Hic ille est:

qui recurrente Sancti Antonij Solemnitate Sacram eius Imaginem in Pon-
-tificio Sacello, dum Comitia agerentur, cunctis adorandam exponi exoptavit.
hinc profecto intelligimus, Dilectissimi! ut qui tanta Sanctum Antonium
prosequitur devotione, nostrum ordinem ingenita, qua praestat, animi
Clementia complectetur, fovebitque nos, quo potissimum indigemus, Patrocinio.
ut ergo Deo, quas possumus, debitas gratias persolvamus pro tanti Pontificis
Electione, vos omnes Dilectissimi Filij, etiam atque etiam obsecramus, ut,
qui Sacerdotali dignitate fulgent, Sacrum omnipotenti Deo offerant; qui
Clerici sunt, integrum B: M: Virginis officium persolvant; qui vero Laici,
praeter Rosarium eiusdem B: Virginis ~~officium persolvant~~ una cum Clericis
Sacra Communione ad Altare Sacra Communione ad Altare Sancti Antonij Pa-
-tavini humiliter ac devote reficiantur, eaque refecti recitent Responsorium
consuetasque preces in eiusdem Sancti Cultum in ordine nostro institutas.
Interim vero vestrum omnium preces eo respiciant, eoque ferventi studio
ferantur, ac perenniter tendant, ut Clementis XIII: vita diuturna sit, ac
incolumis, ut, dum universa Xri Ecclesia tanto Pastore ornata diutius
laetabitur, noster etiam ordo tanto Benefactore perfruatur. Interim
omnipotens Deus Caelestes Benedictiones suas in vos omnes dilectissimi!
uti precamur, indesinenter effundat. Paternitatum vestrarum: dat:
Romae ex nostro Coenobio ad XII: Apostolos die 14: July a°: 1750:
Fr: Joannes Baptista Constantius Mnr Generalis ordinis et servus.

October

4: huius in Festo S: P: N: Francisci Solemnem et Insignem panegy- XX
-rin habuit Adm Rdus et Clarissimus Pater Conradus baumhauer
Concionator vere insignis: officium solemne decantavit Adm Rdus
et Eximius Pater Donatus beutter p: t: Prior cum adiunctis ordinarijs
Ministris ex dicto ordine S: P: Dominici

4: huius: in ipsa festivitate S: Patris Nostri Francisci Iterum et denuo
deplorabili sui comitialis Morbi assultu fuit vehementer correptus,
quod etiam durante prandio non sine gravi horrore Rdorum Patrum
eidem proxime assidentium repetitis contingebat vicibus, hinc omnes
unanimiter (: excepto Rdo Patre Mansueto :) me accesserunt, rogantes,
ut Eximium ac dignissimum P: Ministrum Provincialem de hoc morbi statu

tam periculoso et manifesto Rndi Patris Fridolini hefele certiorem
reddam, quod et feci, et dignus statim, quia omnes Rndi Patres in
Conventu etiam Rndus P: Mansuetus sine minimâ contradictione se
subscripserunt, acceptis meis litteris sepius memorato Patri Fridolino
ad Conventum suum Nativum Brisacensem misit obedientiales,
qui denique 20: Novembris non sine gravi animi mærore discessit,
quem comitatus est exigente summâ necessitate R: P: Firminius,
quæ denique hic Pater in itinere passus est, describere vix valeo.
dum veniebat de Mane 26: Novembris Brisacum ad prandium aggressus
est eundem durante prandiô antiquus ille et horribilis Epilepsia
haud absimilis accessus, adeò ut omnes prandiô assidentes fuerint gra=
viter perterrefacti: R: P: Firminius sequenti die discessit ad Conventum
suum Thanensem Nativum, et 27: decembris denuò rediit gamundiam,
narravitque omnia, quæ debuit sustinere debuit durante Itineratio=
ne cum P: Fridolino incommoda, quem post paucos dies Exmus P: M:
Generalis Seraphinus Fleischman, ut petito huius Patris satisfaciat
Stingnoviam ad Dnum: R: D: Parochum Fratrem germanum dicti
Patris Fridolini misit, an non forsan ibi per aliquem Chirurgum
aut Medicum denuò curari possit, quod eidem ex toto corde apprecor,
sed vix non erit frustranea curatio, quia affectus vehementer bili=
osus se in totum cerebrum diffudit, et istud occupavit, adeò ut vix
remedium supersit, quo mediante pristinæ Sanitati possit restitui,
ita et ambo Medici tam Excellentissimus Dnus Turinzert, quam Exickening
D: Medicus Jäger eiusdem sunt asserti.

XVII 20: Novemb: discessit hinc non sine gravissimo animi sui mæ=
=rore R: P: Fridolinus hefele Brisacum ad suum Conventum nati=
=vum, quem comitatus est R: P: Firminius usque Brisacum, quæ
et quanta passus est disturbia durante Itineratione cum isto
Patre Ipsius enarrare poterit, advenit autem Brisaci 26:
huius, antequam Venerabilis conventus accesserat ad Prandium,
durante prandiô habuit accessum Epilepticum non sine gravi
horrore omnium mensæ assidentium, quem etiam hic ga=
=mundiæ sepius habuit etiam durante prandiô, hinc omnes
Rndi Patres unanimiter me accesserunt, rogantes, ut iste Pater

dimittatur ad suum Conventum nativum, praebui itaque consensum huic legitimo petito omnino necessarium, scripsique statim Dignissimo nostro Patri Ministro Prov[incia]li, qui statim misit obedientiales ad Conventum suum nativum, quem tamen Patrem Eximius Brisacensis non retinuit per plures dies in Conventu, sed illum statim dimisit ad suum Fratrem Germanum Parochum in Klingnau, an non forsan ibi curari possit, et pristinae sanitati restitui possit; sed ut inaudio, omnem curationem esse frustraneam, quia haec gravissima ac omnino considerabilis infirmitas omnino est radicata.

December.

1mo huius me accessit Consultissimus Dominus Consul et Praetor noster Spiritualis Dominicus Gerger, graves et valde considerabiles movens querelas contra praemiorum distributionem, quod Cognatus suus Franciscus Schedl meritus sit ex absoluto primum et non secundum praemium; vehementer fui admiratus hui huius viri querelas omnino insulsas; qui nec unicum terminum intelligit Latinum. Conillon fr nirmahlen studiert hatt, und ehro mir ein teutscher Man ist, und hatt mit allem fleiss und ernst verstehet von mir die Compositiones ~~Maioris~~ Syntaxeos ~~von mir~~ begehrt. Ich gabe ihme aber zur antwort, dass solche compositiones nit mich, sondern den Patrem Praefectum studiosorum angiengen; so damahls ware R. P. Fridolinus F. der ewürdiglich damahls schon zu alt- und krank gewesen ist, allein er wollte, sich nit kränckhen lassen, so ihme sagte, dass ich die Compositiones woll auch sehen lasse, wie den zu selbigem tag abends statt gewesen ist, und solche R. P. Fridolinus in primum Chor- und Lesten hat ligen lassen.

1759. & 1760.

Die 13 Octobris advenit P. Polygonius Mayer in Capitulo Provinciali Thanis
electus Guardianus. hoc mense pro Missis lectis Sūma fuit 87. fl. 20. xr.
Pro Mense Novembri ex Sacristia, seu lectis Missis 99. fl. 38. xr.
13tio Decembris fuit susceptus in Ordinem et Conventum hujatem Culinarius noster
Abrahamus Schenck ad hoc, ut fieret coquus, obtentâ à Minist. Provinciali
Chrysostomo Widmar facultate, quâ Novitiatum subiret Gamundiæ ob defectum
sufficientis Patrimonij. Ex Missis lectis hoc mense collegimus 133. fl. 29. xr.
Sūma verò totius anni ex lectis Missis est, scilicet 1155. fl. 47. xr.

1760.

Januarius. 5tô hujus primâ vice lampadem de nocte ardentem constitui
propè januam Provincialatûs in angulo peristylij, seu dormitorij: pro
oleo ab initio emendicavi pecunias, paulò post rei æquitatem, imò lucis
nocturnæ necessitatem cognoscens Conventus in se suscepit olei procurationem.
27mô hujus in Festo S. Chrysostomi medio decimæ matutinæ investitus fuit
hic loci in Ara Chori honestus adolescens, prius per aliquot aṅos Culinarius
noster, Abrahamus Schenck, civis Gamundianus, cui post finem Exhortationis
impositum fuit nomen S. Didaci: Incredibile est, quanta huic actui ad-
fuerit hominum copia.
29. advenere Quercus petitæ ab Intimis de Consilio pro scindendis asseri-
bus, ratio mea petendi fuit ædificatio Sūmi altaris: pro duabus tiliis
non annuit Magistratus ob earum in Sylva defectum: obtinui tamen ex
Protoria Dñi Consulis Geiger, ad S. Catharinam dictâ. auriga et opera-
rij tam pro illis, quam istis arboribus accepere talerum, id est, 1. fl. 30. x.
quatuor mensuras vini, cerevisiæ verò circiter 10. unà cum aliquot panibus.
Eâdem tempestate misêre nobis Sanctimoniales ad Cellam Dei duas abietes,
quas, si forte ad ædificium essent necessariæ, ab illis emendicavi, non nisi ægrè
adnutum dantibus.
Hoc mense pro lectis Missis fluxêre 117. fl. 13. xr. ([illegible])

Februarius. 5tô hujus ad vesperum rediêre duo Terminarij Fratres
Laici, Christophorus et Valentinus, qui ex Terminaria Ulmensi miserunt
domum 30. fl. cum onusto frumenti curru: hoc autem die attulerunt 64. fl.
et 10. xr. nuper promittentes currum frumenti ex Neresheim, quorum
venit Pater spiritualis suo cum filio, quinque diebus apud nos manentes
erant ambo. etc.
Hic Mensis ex Missis lectis importabat 119. fl. 40. xr.

Martius. 17mô advenit Exim. et Digmus noster Provincialis Chrysostomus
Widmar manè circa horam 7mam
18tô Idem instituit visitationem, et Scrutinium: hoc eodem die rati-
ocinia excepit, in quibus inventa sunt passiva Conventûs debita à meo
Prædecessore quidem relicta, à me tamen (: uti haud erat possibile :) necdum ex-
puncta: interim hujus debita illa sunt conditionis, quod nullam habeant cen-
sus colligationem, uti exhibet liber annuorum ratiociniorum.
26tô discessit Digmûs Nordhusium, pridie habita absolutione, in qua quidam
correpti sunt suas ob inurbanitates, ego verò ob asservatas cerevisiæ re-
liquias, quas denuò, in exigua utique quantitate, cominùm denuò infundi
jusseram; ita à nimium delicatis colligari possunt manus Superioris, domesti-
care volentis.
Hoc Mense pro lectis Missis adsunt 137. fl. 50. xr.

Aprilis. 14tô fui Gynzburgi, faciens coram deputatis ex Magistratu
compositionem cum debitore nostro Dnô Gluck de capitali à 1000. fl.:
aquirens in promissis intra spatium 6. hebdomadarum 600. fl. coram Magi-
stratu depponendos. Elapso dupliciato termino obtinui tandem 600. fl. quos
iterùm redintegratos alibi ad censum dedi: videri potest liber R. P. Exactoris :)

Sūma

Suma ista à 1000. fl. vix non totaliter periisset, praesertim si actione Syndicatûs aunfassem Magistratum; tunc enim iste collum traxisset ex laqueo cum hoc fundamento, quod nostrum Capitale nunquam ratificaverit, quae ratificatio solummodò facta fuit ab Archigrammateo jam defuncto, sigillum Praetorianum litteris nostris applicante, jussu Magistratûs; consequenter causa nostra relicta fuisset Judici majori quidem, sed nullam jurisdictionem habenti in res civitatis imobiles, qualis nostra fuit hypotheca. ambo Praetores Gynzburgenses neque bazeum offerre volebant pro dicto Capitali: Quare Deo sint laudes, quod non perierit totum.

Hoc mense ex Missis lectis fructificavit Sacristia 152. fl: 6. x.

Majus. 7mo advenit Valdunâ honestus adolescens Joseph Algeyer Sartor, et à Minist. Provinciali recomendatus Conventui nostro tanquam Candidatus. ex lectis Missis numeramus hoc mense 153. fl: 36. x. — 1X

Junius. 13. in Festo S. Antonij pro concione dixit R. Dnus Herzer Beneficiatus, et Filius des Wohlweisen Herrn Oberstädtmeisters Herzer. Panegyricum suam pro prima vice optimè recitavit memoriter. etc. — XX

7mo hujus advenit Religiosus. Fr. Laicus Antonius Pfister de Lucerna marmoreae artis peritissimus artifex; ideoque mox manum applicuit ad aedificationem Sumi altaris; actus iste est prodromus multorum sumptuum: ast Dnus Deus, pro cujus honore laboramus, providebit. etc.

20mo ist der ganze Closter zaun aufzumauern angefangen worden.

lectae Missae hoc mense domesticationem alleviant 152. florenis. et 28. x. — 1X

Julius. 2do. archivium suo opere perfectum, constitutum est in camera fornice firmatâ propè scalam ducentem ad sacristiam. anteâ Conventûs documenta miserè, ac non nisi semper periculosè in camera Guardianatûs fuêre asservata, quin et ipsa aurea et argentea Caleriae Supellex, etiamsi valdè exigua, attamen pro hocce Monasteriolo satis adhuc pretiosa, ibidem viliter custodita extitit, ubi anno mox praecedente R. P. Francisco Schedl Guardiano 16. cochlearia argentea furto fuerunt sublata, neque amplius restituta, aut per P. Guardiani depositum, quod fieri oportuisset, compensata.

Sumptibus R. P. Othmari Ditmler Procuratoris — 1X — 1X

3tio. habe ich den alten Thol bey dem ausfluss der Kuchen sambt der geschlossenen Gruben zuwerffen, und einen neuen lassen graben, wodurch alles Wasser, so in dem übrigen Eck zusammen kombt, in den gross Thol, und sonders weiter in den Bach ablaufft. N. 1. ich sagte: sambt der geschlossenen Gruben, welche P. Franz Schedl mein Vorfahrer aus Eigensinnigkeit, ohne Zuziehung des Conventes, recht ungeschickt hat graben lassen, und zwar nächst an dem Eck der Haubt Mauer des Guardianats, so das das Wasser sich nothwendig gegen den fundament hat setzen müssen, nach welchem schon sichtbar die Mauer in etwas gesuncken, und bey dem Fenster des Guardianats, so grad gegen den Garten sieht, von unten biss oben einen Riz bekommen. Nebst solchem Schaden so durch diese Gruben vergrössert worden, kostete es überdas dannoch dem Convent 30. fl: ô quam egregius architectus! N. 2.

Wasserthol der Kuchel gegen den bach. — 1X

Von dieser anjezo zugeworffenen Gruben aus, gehet ein Canal (nemblich ein paar Schritt von dem Eck der Mauer biss zum [illegible]:) und erstrecket sich biss in die Mitte des Gartens, alwo sich der Creutz Weg theilet, alldort ist widerum ein tieffe, und heimliche Gruben, in welche vor Zeiten das Kuchen Wasser hinüber geflossen, und versuncken ist: diese stehet noch leer, und könte vg. zu Kriegs Zeiten alldort einige kostbahre Geräthschaften wohl aufbehalten werden. N. 3. der neue Thol hat per accord 56. fl. gekostet, so ich aus meinem deposito bezahlet, weilen dieselbe einigen ob defectum sani judicij kaum im begriff des [illegible] hätte können beygebracht werden. N. 4.

heimliche Grube in dem garten. — 1X

in übrigen

Im übrigen ist benanter neuer Thol noch in etwas zu verbessern,
also, daß, so weit er durch den Hoff gehet, er noch tieffer muß gegraben,
wohl bezeugt, und mit grösseren Steinen wegen denen Last-Wägen
belegt werden. B. ist verbessert worden, und gehet jez gerade nach der Stall Thür zu, wo
er sich nachdeme ausschüttet.

6to seynd auch bleyerne Rinnen umb die Sanct. Antonii Capellen,
und auch die Closter Dächer bey dem Vestiario aufgemacht worden,
da die alte hölzerne völlig verfaulet waren, deren Kosten ist in
der Ausgab Rechnung zu finden.

Hoc Mense ex Missis lectis ditiores facti sumus 104. fl: 49. xr.

Augustus. circa finem mensis praecedentis confectum fuit opus principalis Portae Ecclesiae nostrae; prius enim supra Portam nil videre erat nisi asserem, in quo depicta fuerant insignia duo, unum Ordinis nostri, alterum Gratiosi Dni à Rechberg, in medio horum insignium erat picta imago S. Ludovici Epis. Ecclesiae nostrae Patroni: dictus asser tempore adventûs de mane turbine dejectus vix non ingredientem mulierem enecasset; quare Benefactorem studio conquisitum inveni in Weissenstein Dnum Gratios. de Rechberg, cujus Familia dicitur partem fundationis adjecisse Monasterio nostro, licet nulla desuper existant documenta, dedit ergo profatus Gratios. Dnus ad hoc genus operis modo lapidei triginta florenos, constitit tamen 37. fl.

Grande — Hagel

5timo hujus cecidit horribilis grando post prandium circa medium quintae, frangens in aedibus urbis, templis, ac Monasteriis fenestras, plus mille florenis reparatas, damno nostro non ultra duodecim florenos ascendente.

Mensis iste pro Missis lectis attulit 109. fl: 35. xr.

11 — Daran hat der goldschmid Thaddäus Lang zu Augsburg vom Convent empfangen ein Rauchfass an Gewicht — 76 Loth, ein Paar alte Käntel 46 Loth — 1 Paar Opferkäntel samt teller — 42 Loth. ein alter Mutter Gottes Cron. 44. Loth. Suma 208. Loth.
71 fl. hat R. P. Piminius ex proprio bezahlt hat.

Februarius

1 — 20 huius advenit V. Fr. Clericus Ferdinandus Wagner qui Ratisbonae Philosophiae ... anno operam dedit, ob infirmitatem, verius morbum patiens in Conventum nativum huc missus, quia refutatus a ... docto Medico consilio, dimissionem a Conventu Ratisbonensi.

dispensatio in Quadragesima — 2 — In Quadragesima hoc anno saecularibus esu carnium dispensatum fuit, ita tamen ut noctu etiam ex carne manducare ... licitum fuit, exempta die Dominica. fer. 4 ... sub ... ieiunio. Cessat dispensatio omnibus diebus Dominicae Dominica Passionis.

XX — Stationes seu via Crucis in nostra Ecclesia per totam Quadragesimam et diebus festivis visitata est ab uno Patre

XX. IV. — seu Praeside Tertiariorum, cui ingens concursus intererat.

Martius

XII. 1. — 13 Subito mutatus est A. R. P. Prior Augustinianus Ambrosius, a ... suis male habitus, ut misera nostra tempora ferunt, apud Saeculares diffamatus: ut et nostrum plerique faciunt: ideo resignavit officium et missus Laningam munus Magistri Novit. et Concionatoris subiturus.

Aprilis

1. Plur. R. D. N. Knechtl. Beneficiatus Nordlingæ in Domo Comendatoris Melitensis; qui pro Canonicatu hujate Preces Cæsareas obtinuit, has resignavit D. Jageisen, promovente Excell. D. Consule Jageisen. remora hujus resignationis diu facta fuit Viennæ et Augustæ in curia. re tandem ubique composita; installatus præfatus D. Knechtl. fuit; facta installatione revocavit suam resignationem, prætendens; se non potuisse Canonicatum resignare, cum nondum possederit, nec videri sibi, in conscientia tutum fore, ob pactas pecunias, et artificiosa cum ipso Conventionem factam. declaravit ergo se, in sua possessione velle manere.

Canonicatus preces installatus — V

2. ~~pro~~ In Terminaria, pro Sepulchro Domini in Lazareto collegere in civitate R. P. Procurator Lazarus; Wilibaldus Laicus. 28 fl. … Firmianus 12 fl 50 X. Suma 40 fl. Deus centuplum retribuat Benefactoribus.

XIV

Serenissimus Princeps de Taxis Alexander Summus Postarum Præfectus obiit Ratisbonæ 18 Martii hoc anno. Summus Provinciæ nostræ Benefactor, pro cujus anima mandavit Rmus P. M. Provincialis, ut tres Solemnes Missæ de Requiem à Superiore decantentur in omnibus Conventibus civitatum Imperialium et Clerici dicant totum officium, Laici tria Rosaria. Singuli Sacerdotes per mensem memento in Sacrificiis faciant. Satisfactum 5. 6. et 7. Aprilis.

obitus Seren. Princ. de Taxis — VI. III.

Maius

4. ist [illegible] A. R. P. M. Sylvestrius Mayr guard. [illegible] … zu [illegible] … mit backstein gemacht worden, [illegible] … mit [illegible] … und ungewaschen ge- macht [illegible], wo sich dass ablauf wasser in den brunnen, welcher nächst daran, [illegible], und das wasser ver- unreiniget, auch sich gänzlich verstopfet [illegible] … weil der Canal nur [illegible] … und [illegible] wasser [illegible] hatte. wodurch die [illegible] successive sich gesamlet. Item hatte [illegible] das ganze Kloster [illegible], bis an seine der S. Antoni Cappellen [illegible] … das fundament und Keller [illegible], wodurch die Mauer bey der Antoni Cap- pelle [illegible], weil nirgends kein ablauf des wassers war; habe also die [illegible] gänzlich verstopfte Löcher an der Stattmauer eröfnen, und Canal mit Ziegelstein zum abfall machen lassen, welche ordentlich zu besorgen sind, das sie nicht mehr zugeworfen werden, und der Canal er- halten werden. die äussere Mauer aber habe ich mit Ziegel- stein abhälig gegen dem fundament bewahren lassen.

reparatio canalis è culina — IX

5. ist [illegible] zur abwaschung [illegible] … nemlich [illegible] … 3 fl.

13 sind die junge [illegible] verstöret worden, welche nebst [illegible] die Sammlung hinaus [illegible]

14. Maij. Submissæ Herbipolim sunt pecuniæ residuæ ex susceptione V. Fr. Laici [illegible] Fasel numero 159 fl. 17 kr. tota igitur Suma per 520 fl. fuere tamen 700 Stipulata demptis viaticis quæ consumpsit Candidatus Viennæ versus, concessitque Suus Antecessor meus.

IX

VII

Junius

3. ist [illegible] Maurermeister Maller zu [illegible]ingen das Capital von 300 fl. aufgekündet worden.

repetitio capitalis 300

Praenobilis Strenuus D. Georgius Debler Senator et Cassier ... p. m. mutuos dedit 1000 fl. 1769. 1mo Decemb. ut invenire est et legere fol. 137. quorum restitutionem relicta vidua D. Theresia Deblerin mutavit in legatum seu fundationem, quae sic sonat: per totam octavam Corporis Christi hora decima cantetur Nona omnibus praesentibus, quicunque interesse possunt, coram Sanctissimo exposito et ultimo Stella Caeli. applicetur autem Missa per hanc octavam sub Nona pro vivis et defunctis Familiae Debler. Item cantetur officium in Sacello S. Antonij sequenti feria 3tia post festum S. Georgii M. et unum sequenti feria 3tia post festum S. Theresiae. et haec tota obligatio est pro mille florenorum debito, quam acceptavit Conventus, dato quia mox consumpti sunt hi mille floreni: ideo Conventui nihil gravis unde successoribus incumbit, ut hanc obligationem faecundam oeconomia meliori reddant. insperata haec sed pia obligatio haud dubie inspirante R. P. Dominico nostro in lucem produit. Notandum, quod hac tota octava signum maiori campana non detur ad Missam hora nona, ut alias, sed hora decima.

Fundatio Nonae infra oct. Corp. Christi — vide literas fundat. in archivio AS 290 cistula IV. Cx — XX.

10. Hoc anno in Festo Corporis Christi incepit hora decima per totam octavam Nona cantari choraliter et ... alternatim cum contrapuncto, ultimo Stella Caeli; Missa, quae per totam octavam dicitur sub Nona, applicari debet pro vivis et defunctis familiae Deblerin, item feria 3tia ut supra.

XX.

13. In Dominicam octavam Corporis Christi incidebat Festum S. Antonii de Padua. hora 4ta matutina exposito Venerabili dicebantur in choro Prima, Tertia, et Sexta, reponebatur his horis finitis Ssmum. Hora 6ta exponebatur et portabatur Ssmum in Sacellum S. Antonij et erat ibi officiata brevis ... solito quo finito reponebatur Ssmum. et mox in ordine fiebat a nostris accessus ad R. R. P. P. Dominicanos pro Processione, remanentibus 4tuor Patribus pro Confessionali. Hora 9na erat apud nos Concio, quam habebat R. P. Onuphrius Spiegl cum themate, vidi Angelum in Sole. Apoc. ingenti cum approbatione. A. R. P. Prior cum suis Ministris propriis officium habuit solemne secundum. hoc finito absque ulla data Benedictione mox intonabatur Nona fundata et sic functiones pro hoc anno finiebantur.

Ad festum hoc S. Antonij pro functionibus nostris necessitabar invitare A. R. R. P. P. Augustinianos, alias ad Festum Portiunculae invitari solitos, cum nullibi apud exteros locum haberet invitatio ob festum Corporis Christi. A. R. P. Prior ... pransus est nobiscum et simul Caenam cum R. P. Concionatore pransi ... praefati duo nobiscum sumpsere.

Festum S. Antonii incidens in Dom. infra oct. Corp. Christi invitati R.R. P.P. Augustiniani — XX

30 Junij R. P. Dominicus Robst. Primitias celebravit in Öttingen prope Ludwigsburg, quibus intereram cum aliis duobus R. R. Patribus, rediens Gamundiam Conventui reliquit et donavit Casulam cum omnibus appertinentiis valde pretiosam, quae constitit 160 fl. Deo Gratias.

Casula donata conventui — 11

Julius.

20 Scripsit Dignissimus A. R. P. M. Angelum Winckler à Rmo P. M. Generali obtinuisse liberam electionem sive in sua Provincia

Alsatica modo Clementina nuncupata, sive in nostra manenti: elegit nostram. et Solodori actualis Quardianus in Conventu Solodorano unanimiter assumptus est, Thannensi deserto cum Provincia

Affiliatio R.P. M. Angeli Winkler in Conv. Solodor.

V. Hoc mense coemptum est vinum. plaustru à 32 f 5 Eymer 5 Jmi 7 mass constitit 187 f 47 Xr.

28 Julii fuit empta materia pro toto ornatu nempe Casula Dalmaticis, Pluviali, et Paldachinum. pro 210 f. ad certos temporis terminos solvendis: pro 1ma vice dedi ex deposito 4 Luisdor sive carlin. R.P. Mansuetus 10 f.

Emptio materiae pro ornatu

Item obtinuit hoc mense R.P. Firminius è conventu Thannensi suam dimissionem è Conventu vide fol 142. 14. Jani. 1773

Dimissio R.P. Firminii è Conventu Thannensi

Augustus.

1mo huius pridie sive in vigilia Portiunculae affixa est Scheda ad portam Ecclesiae hac insinuatione; valere Confessione et Communionem in vigilia de mane peractam pro lucrandis iam indulgentiis hora 1ma pomeridiana, ut passim practicatur. ideo concursus confitentium de mane iam erat frequens. Scheda vero haec à quodam ex nostris me insius fuit affixa in festo ipso Processionem et officium habuit Plur. Rdus ac clarmus D. Joannes Bapt. Geiger Canonicus Senior et Parochus in hospitali. Concione vero Plur. Rdus ac clarmus D. Bernardus Kohler J.U. Lic. Magister Lucas, cuius thema erat: ut praedicatem captivis indulgentiam et clausis apertionem Isai. c 61. 1mo divisio. captivis. ide. peccatoribus indulgentia Portiunculae afferunt libertatem, animabus in purgatorio, i. clausis: redemptionem. Egregius orator hic maximo cum fructu indulgentias tas comendavit.

Portiuncula XX

3tio. huius dies festivi quidam abrogati sunt in hac dioecesi nempe omnes Apostolorum praeter festum Ap. Petri et Pauli; et ubi praecedebant jejunia, sublata hoc. in diem Mercurii per tempus Adventus translata sunt.

V XX abrogatio quorundam dierum festivorum.

September

15. 16. 17. huius Capitulum intermedium celebratum est Offenburgi, in quo in Officio meo confirmatus annexo diffinitoriatus officio et confessariatus W. Sororum. decretum insuper est, Concionatores per 12 annos laudabiliter continuantes ad Magisterium promovendos esse. R.P. Antonius Geiger ad Cathedram Würzeburgensem promotus. R.P. Mansuetus Franz ad Parochiam in Schlat. 1774.

Capitulum Intermedium Offenburgi XIII

R.P. Corbinianus Heid Concionator, nunc Custos Maynngm. dimissus est, et discessit 21 Augusti pro viatus 1 f 30 Xr pro habitu 4 f. R.P. Ludovicus Farine Lector Philophiae Friburgum Lector Casuum designatus pro habitu 10 f pro viatico. 9 f.

mutationes RR. P.um 10X

R.P. Antonius Geiger Würzeburgum discessit 29 Augusti accepit pro habitu 5 f. pro viatico. 4 f

R.P. Mansuetus Franz accepit pro habitu 6 f 15 pro mensibus 15. pro viatico accepit 4 f. discessit 16 7b. Heitershemium Item Plur. Rdus ac clarmus D. Bernardus Köhler Magister factus in locum pie defuncti D. Canonici Wagner Canonicus electus est.

16 huius vespere Neohusio advenit Dignissimus P. M. Provincialis et Confessarius Gnlis pro 3tia visitatione. 20 huius habuit scrutinium apud nos. 21 apud Sorores ad S. Ludovicum.

adventus Dignissimi

19 huius ad nos typis impressa venit per Bibliopegam Luitem Bulla SS. D. Nostri Papae Clementis XIV. in qua statuitur Excidium Societatis Jesu, et Jesuitarum in toto Orbe Christiano.

Excidium Jesuitarum XIII

1773

discessus Digmi V

25 discessit Digmus Mayngam hic per Deputatione à Magistratu ob debita Mayngana et per privatos multum Angariatus. a equis Civitatis huiatq avectus Elvacum.

27. discessit R. P. Balthasar Zenger. futurq Rhetor uberlingae accepit pro Viatico 4 fl.

XIII. Licentia Sororibus ingrediendi in cellam Dei

29 ex Speciali licentia A. R. Exim P. M. Provincialis quatuor Sorores ad S. Ludovicum curru seu rheda conclusae et tecte vectae sunt in cellam Dei ad Sorores Dominicanas ad prandium invitatae nempe V. D. Mater Johanna Mayrin, Seraphina Hetzerin. Barbara filia D. Golletin

October

Festu S. P. N. Franc XX

4 in festo S. P. N. Francisci in choro Solemnitate celebrarunt A. R. P. Prior Donatq Gaber cum prius Ministris. et R. P. Concionator ordinario. hospites Excell. D. Consules Storr et König Excell. D. Syndicus et Cassier Storr. hospes ad Crucem.

I

10 huius discessit Offenburgum V. Fr. Ferdinandus ~~Ad~~ Wagner denuo ad Philosophiam, quam neglexit morbo suo imaginato. Ratisbonae. 1.7.

17. huius advenit de Ratisbona R. P. Berchtoldq Zillober Professor Gramatices.

Suppressio Jesuitarum XII

De Suppressione Jesuitarum magnus multusqo ubiqo clamor Ideo et contra; interim ubiqo migrare debent exceptis Patriotis, qui in habitu Saeculari manentes sua officio, ubi Collegia et Studia introducta sunt.

19 in Sero advenit R. P. Augustus Grab. Constantiensis huiate ad Cathedram promotus.

26. ante coenam advenit de uberlinga R. P. Cosmas Mattman futurq in Conventu Lector Philosophiae.

November

Comitatq in Conductu Congregat. huiatis XVII. VI. IV.

Cum Congregatio Studiosorum etiam ad lixesentenza multosimo plurimos numeret Cives; requisiti sunt Excell. D. Decanus Collegiatae huiatis Ecclesiae, et Excell. D. Consul Storr, num annuere velint et concedere, ut in obitu alicuis Sodalis funus comitentur, Studiosi et ceteri Sodales: utrobique consensus est datus ~~statim~~, ut tempore dici scholastici vel dimittere Studiosos.

Philosophia haetenus suscepta

Quod attinet Philosophiam hoc anno Studiosis proleqendam, quam Inclitq Magistratq fundare renuit, nullus tamen Studiosorum elapso anno scholastico comparuit, qui pro hac se comendaret, nihilominus submissq est Conventui Lector Philosophiae elapso Capitulo intermedio; quin petitq fuerit: unde grande gravamen et onus aucresit Conventui eoquod Studiosis Philosophiam instituendis florenum pro mense solvendum, et novem hoc anno pro illa se declararunt. nimis grave duxerat, subinde Rhetor unquel alter ~~se~~ determinatq huius Loci Philosophiae vacare. unde fit, ut Conventq hoc casu Lectorem alere tenetur gratis; quia Capitulum pergit submittere Lectore, et Magistratq non fundat, et Studiosi solvere nil volent. et quod maximum, omnem omnimodam libertatem protendunt, et haetenq concessa est illis, et si quid de hac in minimo minuitur, abeunt et avolant quolibet in mente quando ipsis placet. Satius esset, non habere Philosophiam, quam tam modo iratam. praecipue, si Lector se gravet, Logicam et ~~Phy~~ Physicam simul tradere pro absolutis Logicis et simul absolutis Rhetoribus, quod injungi apud neglectorum Parentes facile potest.

Congregatio Mariana fujas in dies augetur Numero Civium Sodalium. Festum Titulare celebratur Dominica infra octavam Conceptionis B. V. Mariae. circa mediam 2dam aliquanto post datur Signum Campana Conventus ad vesperas et Completorium recitandum, post vesperas pulsatur Campana major Ecclesiae pro Concione hora 2da habenda. hac finita Concionator propulgat neo=electum Magistratum una cum Susceptis et defunctis hoc anno. dein renovatio formulae. Sub Te Deum laudamus, quod intonatur facta renovatione datur Signum ad Lytanias ~~ante~~ majori Ecclesiae Campana ad quas fit Expositio cum Cantato Hymno Tantum Ergo.

hoc anno Specialem aram in medio Chori prope Campanas pro Congregatione exstrui curavi. dum alias ara Ssmae Trinitatis appensa semper imagine pro Congregatione servire debebat cum magna ruina [illegible] tis: ita ut hoc in [illegible] relicto, propria in loco medii chori in ara utatur Congregatio, quo facile ad=e [illegible] veri valeat.

In Praefectum ex Civibus primo electus est D. Dominicus Urban aurifaber et obergeschmaister.

Decem ber

24. December praetendebat R. P. Chori regens Dominicanus ut Nocte Nativitatis D. N. J. Christi ad Officium Compareant Studiosi Musici ex hoc titulo, quia instruuntur in Musica ab ipsis et uni vel alteri diem victus concedunt. Genuere [illegible] mox PP. Professores. A. R. P. Prior Submisit mihi R. P. Subpriore rogantem me pro Studiosis Musicis, cui ob titulum praefatum et alias rationes praecipue ad avertendam aversionem annui, supplevi ipsos in Musica, protestatione tamen facta de imposterum. Matutinum de nocte inchoabat alias ~~de nocte~~ apud nos hora 12ma ante meu adventu ab Antecessore meo facta fuit mutatio ut primo quadrante ad undecima nunc incipiat cum aliis Ecclesiis. ne forte Ecclesia oneretur frequentia populi.	avocatio Musicorum Studiosorum ad Chorum PP. Dominicanorum XVII. XX

Annus 1774.

Januarius.

reflexi ad annum 1770 5to Decemb. mutuatis iam 1000 fl. imo Nbr 1769 mutuo iterum sumpsi Convento 500 fl. à Nobili D. Cassierin Theresia Deblerin vidua. isti mille floreni mox consumpti fundatione pro Octava Corporis Christi facta: ut folio 149 videre est. pro his 500 fl. restituti sunt 1770. 28 Xbr. 50 fl. 1771 27 aug. 20 fl. 13 7br. 34. / 1772 31 Xbr. 34 fl. Heiligen Messen gelesen 25 fl. 2 Malter Haber — 21 fl. 36 X. item heil. Messen gelesen 25 fl. Suma 209 fl. 36 X. an welchem tempore guardianatus mei solvere debui 105 fl. 36 X. tam quod adhuc ex residuis 500 fl. esset solvendum, donavit haec vidua R. P. Pirminio Essailer, ita litera obligatoria ei extradita mihi exhibuit, et testata est.	Solutio debiti totalis 500 fl. Cassierin Deblin IX. VII

1774 **Februarius**

Capitale 8000 translatu ad Cassam Wiblinganam VII

Capitale nostrum per 8000 f. quod elocatum fuerat in Cassa Orphanica Weissenhusii, translatum est in Cassam Wiblinganam, quod ad annos decem, negata utrinque repetitione, susceptum, et obligatione nova Capitulari assecuratum est pro centu 4 f Cto. qui festo Purificationis solvendus est.

Dispensatio in Quadragesima XX

Ad initium Jejunii quadragesimalis, in quo hoc anno esus Carnium ingenti cum restrictione fuit licitus, D. Knecht Decista Canonicatum, eiusque annexos labores tandem subiit.

Vinum coemptum IX

28. febr. Coemit Conventus 5 plaustra vini rde. 5 Eymer 6 Imi ... den Eymer à 45 ... f. mit allen Kösten 261 f. 48 X. item 14 Imi ... den Eymer à 28 f.

Martius

Solutio cerevisiae f 500 f IX

3tio Martii Solvi hospiti nostro dm̃i ... Wirth pro cerevisia 500 f. restant adhuc solvenda usque huc 1200

6to Martii advenit R. P. Beda Winterer zu Riedlingen, ubi Director Monialium fuit, in Conventum suum Nativum missus.

Collectura pro Sepulchro Domini XIV

23. Martii ex Terminaria pro Sepulchro Domini Collegere in Civitate R. P. Cazarg. et Fr. Lau. Wilibaldus 34 f 3 X. et R. P. Pirminius 3 f 6 X. Elapso anno collegit 12 f.

Aprilis

reparatio majoris Organi II

11 huius reparationi Organi majoris datum est initium, quod fere inusuale omnino fuit. die Windladen ist aus geschnitten, mit neuen Leder ... und zu ... Canalen ... und anzug mit Drath ... worden, die Pfeiffen, und ... gestimmt worden. hat mit seinen Sohn und ... ... Josephus ... bey allhero und ... geschafft ... Lohn gehabt 50 X dauern 5 wochen, hat ... tage für ... Lohn 1 f. 40 X. sein Sohn 50 X. zusam ... und also auch sein Sohn die Kösten gehabt. hat ... gekost aber ... sich zu ... Kösten ... 5 f. ... mit materialien, ... Leim, Drath, Kohlen ... 5 f. 5 ...

Erectio Cometerii VI

19. prope portam ordinariam ex Eleemosinis a R. P. Pirminio pro hoc extraordinarie collectis erectum est pro fratribus et Saecularibus imposterum coemeterium, pro fratribus et Saecularibus impleta cadaveribus sepeliendis, ne Conventus ob pestilentia cadaveribus impleta evaporatione satis sicuteque notabili inficiatur, et hoc erigendum conclusum est in ultima visitatione a Rev.mo P. M. Provinciali, annuente et approbante.

11 Item podium in choro majoris organi notabiliter se demittebat, quod ubi inspectio facta, trabes omnino putredini subjacebant, ideo novis trabibus reparatum pro 3 f. est.

1774.

Majus.

4to Maji in festo S. Floriani hoc anno et Dominicani et Augustiniani interfuêre Processioni ad S. Leonardum prima vice: etenim à Magistratu antecedenter ad ambo monasteria missa est Deputatio, an velint comparere, nec negando in prima institutione hujus Processionis pro avertendo incendio renuerunt.

154 Comitatus Processionis in festo S. Floriani V

Junius.

13. hujus in festo S. Antonii Panegyrin habuit apprimè doctam ac utilissimam Adm. Rdus ac Clarus D. Joannes Ris, post suppressionem Societ. Jesu Ex Jesuita Vicariatum suum cedere jussus, in Patria vacans expectat promotionem, cujus maximè dignus est. Officium Solenne celebravit Plur. Rdus ac Clariss. D. Canonicus Joannes Geiger Parochus in Hospitali.

Festo S. Antonii. XX

Hoc festo Novus ornatus noster in Ecclesia nostra prima vice apparuit. Ist gewirkt, glanz leinwath und übrige Zugehör ahs Stoi leinwath haben kostet 25 f. 50 Xr. der Stoff samt dem gemachten Kaligenis 210 f. daran ist von den gestäuften Stoff ergaster bis daher 70 f. mit der Zugehör summatim 100 f. das Convent hat zu dieser Suma von 100 f. gegeben ex capsula S. Antonii 15 f. 51 Xr. das übrige haben gutthätter zusam gebracht, es ston noch 171 f. restierend für den Stoff zu erzahlen, so in Termin zu zahlen übernohmen worden.

Paramenta nova seu ornatus. II

29. Pissimè obiit Nobilis Domina Theresia Deblerin vidua Castnerin, cujus Conductus eadem Solemnitate et liberalitate celebratus est, qua Eiusdem Nobilis Mariti Georgij Debler fol. 167. anno 1770. 21 Jan.

obitus Nob. Dª Theresia Deblerin VI

Julius.

Et quia utpote Benefactrix omnium Religiosorum erat præfata Dª Theresia Deblerin, hinc more aliorum Religiosorum præcedentium Speciale Requiem ratione affiliationis seu participationis habitum est apud nos, præter Septimum consuetum.

VI XVIII V

Augustus.

2do hujus Solemnia Portiunculæ habuere RR. PP. Augustiniani. Concionis thema erat, venit enim quærere et salvum facere quod perierat. Divisio. Indulgentias has præ cæteris inestimabiles 1mo ex parte S. Francisci eas petentis e maximo animarum fervore. 2do ex parte dantis Jesu Christi. 3tio ex parte emolumenti inde hauriendi. doctissime et fructu ingenti sperato perorarit. Hospites mensa ornabant numerosissimi.

XX

Der allhier neu angekommene P. Guardian der Väteren Conventualen bittet demüthigst für sich und zwey seiner Mitbrüder, welche schon einigemal vor geistlichen räthen in der prüfung gewesen, um die Jurisdiction um ~~erlaubnis~~ gnädigste erlaubnis Beicht zu hören. Zugleich ist auch meine unterthänigste bitte um eben dieselbe für die Vorbehaltenen fälle sowohl für mich, als auch andern meinen Mitbrüdern, die ich etwan tauglich finde, daß solche nach erheischenden Umständen austheilen zu können. Für welche Gnade in tiefester Ehrfurcht verharre

Du de

Du du Du David

Due
David

45
3
66 | 135 | 2.15
12

Convivium lautum D. Achillis Stahl nobilitati — XV

8vo Augusti in domo postarum seu ad Cantharum lautissimum fuit paratum convivium, ad quod invitati comparuere inclytus Magistratus. DD. Canonici, et superiores soli sine sociis monasteriorum. Tubarum sonitu, et fragor pulveris pyrei hospites ad mensam, quæ durabat usque ad septam vespertinam [illegible] erat quies et ambulatio, post octavam vespertinam tota domus convivii lampadibus illuminata coruscabat, et cœna lautissima, ad quam omnes hospites denuo invitati comparere debebant, et durabat post horam 12ma noctis: ego sedduxi me tam invitationi nocturnæ quam cœnæ. Hæc festivitas pro fine celebrata est à prænobili D. Achille de Stahl, qui nuper cum familia sua per diploma Cæsareum Nobilitati adscriptus est.

Capitale D. Josepho Wannenmacher periculose elocatum — VII

22. Capitale à 300 fl. ex fundatione Dæ Catharinæ Netzlin Conventui nostro adscriptum elocavit Antecessor meus D. Josepho Wannenmacher, qui male administrata œconomia ingens subiit debitorum onus: hinc sæpius per literas monui tam debitorem quam [illegible] urgendo pro solutione census, cum nulli huculque à dato capitali fluxerit, ac tandem pro formali capitalis repetitione, ast sine effectu. hinc ad Dominum ipsum [illegible] [illegible] Wannenmacher nempe [illegible] [illegible] Elchingensem scripsi, cujus officialis mihi respondit, Conventus se in responsione explicet, an actualem subhastationem petat; an vero census expectare velit quos proximo autumno solvere promisit. vide fol. 139.

Propositio candidati — IX

29 Augusti proposui Conventui candidatum, Egregium [illegible] Musicum perfectum, in [illegible] deficiente [illegible], cui intendere [illegible] seniores alium candidatum ex [illegible] volui, studiosum mediocrem, in mediis pecuniariis inter 3 vel 400 fl. promittentem. Sed quia Conventus confratribus 17 satis numerosus est, nec illi, quo seniores [illegible] adhuc integri desistere ab altero candidato noluere, tandem [illegible] vocalium confratrum consensu, ex voto meo, nulla de neutro facta est votatio.

Ille capitalis periculosi — VII

Proposui insuper capitale D. Josepho Wannenmacher [illegible] memoratum, conclusum est, quod Conventus velit expectare promissos census sequenti autumno.

Casula comparata — II

Casulam rubram holosericam, filo argenteo per totum immixto, floribus acu pictis distinctam: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] paravi ex deposito meo ad usum.

Item velum — II — II

Novum itidem velum comparavi et Conventui consigno. Novum [illegible] velum cum floribus viridibus. Benefactores in velum rubrum cum floribus viridibus. Benefactores se in omnibus his et aliis pro Conventu [illegible] insignem exhibentem Joannem Antonium Mayr cum conjuge sua veneria ac familia commendo singulariter Conventui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 3 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 1364 fl. 15 xr.

Expunctio debiti — IX. — XVIII

NB. illi 500 fl. quos Antecessor meus mutuos sumpsit à Prænobili Dna Theresia Deblerin p. m. soluti fuere partim ab Antecessore meo, partim à me nempe 209 fl. 36 x restabantque solvendi 290 fl. 24 x. hos pro [illegible] suis consignavi et dono dedit præfata Domina [illegible] [illegible] Etspitel Operario, hic autem Conventui resignavit, in recognitione facta jam ante annum circiter susceptionis unde tota debiti exuitur Conventus est deletum, ut testatur litera vide in archiv lit G. No 290.

1774
7mo Septr. ad Capitulum Uberlinganum Provinciale qua Diffinitor avectus, quod 11 7bris initium sumpsit. Commendo et conventum et debita, quibus resurgendis omni nisu vacavi, paterne curae A. R. P. Successori meo.
ad Lecturam Thlgiae mlis promoti sunt Offenburgi R. P. Eusebius Reickenberger hic Rector, et R. P. Cosmas Mattman hic Lector nunc Friburgi. discessere ambo. 28 Septr.

156

Lect.

Continuatio Protocolli pro anno 1774

October.

Electio novi Mnri Provincialis et adventus novi guardiani.

Die 12 et 13 Septembris in capitulo Uberlingae celebrato unanimi suffragantium calculo in Ministrum Provincialem electus fuit A: R: P: M: Angelus Winkler Conventus Solodorani, assumpto Assistente secretario A: R: P: M: Constantio Wiltum de Villinga. In guardianum ven: gamundiani conventus destinatus fui ego P. Erhardus Fleischmann de Ratisbona. Elargiatur igitur superi necessarias pro officio isto (a me revera prorsus non quaesito) vires, ac efficax auxilium. Adveni 16 octobris.

Numerus RR: Patrum

RR: Patres hic comorantes reperi Rev: Hilarium Leichner vicarium, et W: Sor: ad S. Ludovicum Confessarium ordinarium. Rev: Jubilarium Florianum Geiger, + Patrem conventus + Rev: Elzearium Eulerger. Rev: Oswaldum Albert, Albertum Jung Seniorem Jubilarium, et conventus Patrem. Othmarum Simler Exactorem. Firminium Elzspiler operarium. Andream Osterrieder Custodem, instructorem Musicae, et chori Rectorem. Sebastianum Knoblach Sacristam. Bedam Winterer. Augustum Krabs Concionatorem ordinarium. Lazarum Meyer Procuratorem. Philippum Foerster Phliae Lectorem. Adalbertum Sox Professorem Rhetorices. Josephum Eiselen Professorem Syntaxeos. Bertholdum Ziltober Professorem grammatices. Fratres Laicos vero Danielem Algeyer Sartorem, et Terminarium. Felicem Obermoser Excitatorem ad Matut. Adiutorem infirmariae, et horti, Bibliopegam. Wilibaldum Maurer Coquum, Scrinarium, horticuratorem, vestiarii adiutorem, et Janitorem 2dum. Didacum Fasel Janitorem Primarium, terminarium, adiutorem coqui, et horti.
Deus hos omnes in optima conservet pace, et sospitate.

Anno 1774. October.

Adventus quorundam R. Patrum. 13 huius hic appulere R. P. F. Oswaldus Spira huc missus. R. P. Philippus Hipaeo, pro nostro conventu deputatur Philiae Lector. R. P. Adalbertus Sax Offenburgo Gamundiam pro erudienda in Rhetorica instituta iuventute ~~[illegible]~~ missus.

pecunia in area reposita. In Area repositos repereram 212 flor. in cella vinaria vini ordinarii 1½ Eimer, vini pro comunicandis ½ Eimer In granario aderant 9 malter Dinkel, 12 malter rokn.

debita passiva. Debitis passivis plurimis premimur, nam D: Stozsik ad 3 Mauros seu 3 mohren debet conventus usque ad elapsam 1ma diem Septembris 1364 fl. 15 xr. pro novo ornatu solvendi sunt adhuc 140 fl. dem gelwürz gramer ultra 130 fl.

IX

Mors Sumi Pontificis insinuata. Hoc ipso mense tristissimus nobis allatus est nuntius de morte Sumi Pontificis Clementis XIV e nostro Ordine cognomine Ganganelli. mortem oppetiit die 22 Sept. Exequias a Rdmo, vel Dignmo praescribendas inferius annotabo.

VI

November

Obedientiales R: P: Sebastiani Schenaugiam missi. 1mo huius advenere obedientiales pro R: P: Sebastiano Knollack, qui a nobis Schenaugiam avocatus discessit 7 huius. pro habitu, et ~~aliis~~ viatico dati sunt eidem 5 fl.

×

Collectio Lini. 12 huius rediit ex collectura Lini Fr: L: Daniel satis pinguis ditatus eleemosyna. Retribuat Dominus centies omnibus nobis facientibus bona.

XIV

Dimissio Terminariorum. 17 huius pro colligenda frumenti eleemosyna dimissi sunt R: P: Lazarus Rouradler, et Fr: Fr: Daniel, ac Didacus.

XIV

× 8vo huius vinum 5 omerarum a D: Zanner Consule in Ellerhausen emptum advenit, constitit omera 42 fl. ac proin expensae pro vectura excrevit[eze] ad ~~[illegible]~~ 231 fl. 40 x.

Emptum vinum IX

66

December.

XX primum Rorate cantavi ad Interius Sororum ad: S. Ludovicum, prout antiquissimus tulit usus.

Oblatio XX 8vo huius In festo Immaculatae Conceptionis Rorate Cantavit R: R: P: Sub-prior Dominicanus cum propriis assistentibus, seu Diacono, et Subdiacono.

Rorate Obtuli insuper in festo S: Nicolai unum Rorate Excell: D: Patri Spill

XX D: Stoer a Bosserrack, sic enim moris esse mihi relatum fuit.

10 huius Rorate decantavi ad intent: D: Meyer, clavonis in der Schmittgassen,

XVIII misit 2 et ½ lb cerae albae, item 200 Climatis. Qui hic mercator singularis nostri conventus benefactor.

XX Obtuli etiam ex antiquo more unum Rorate D: Postarum Praefecto D: de Stahl. Item D: Hospiti ad 3 mauros D: Joani Schesl pariter ex laudabili consuetudine. — Oblatio Rorate

XX in festo S: Barbarae decantatum fuit Rorate a dict: P: R: D: Beneficiati Stahl, qui pro eodem Conventui submisit 2 fl et 24 xeros. D: g:

Ultimum Rorate cantandum obtuli Excellenti Dno Decano Ecclesiae Collegiatae, qui illud in se suscipere propter senectam noluit, et etiam pro futuro se excusatum haberi rogavit. hinc accessi P: R: D: Canonicum Meyer Wendelmeyer, qui illud acceptavit quidem, attamen adeo pretiosum honori id sibi haud duxisse videbatur. proin hac in volatio omissa conventui plane nihil oberit.

V VII hoc ipso mense obtinuit Conventus per Praenob: Dnu Joannem Michaelem Humel Ecclesiae Consiliarium 45 fl. census annui a D: Wannenmacher iam per 4 annos non soluti. 3 residuos florenos / nam a 300 flor: in annos singulos solvere debuisset D: Wannenmacher 12 fl. et consequenter intra 4 annos 48 fl. / Conventus pro hac vice tantum condonavit eidem, et ita etiam respondi Praenob: D: Humel. — Census annuus D: Wannenmacher

XX Nulla habita fuit in festo Immaculatae Conceptionis post concionem a praedio processio: tum quia exiguus ad nostram Ecclesiam est populi confluxus, tum quia modo habita, modo intermissa fuit, nec necessaria est pro IV lucrandis indulgentiis. In Dnca infra octavam Immaculatae omnia observabantur uti notata sunt fol: 152 excepto vesperis, quae inchoabantur hora 2da. — omissio Processionis in festo Immac.

In Praefectum Congregationis Electus fuit D: georgius Felderer Pictor et huias civis.

XIV 15to huius rediit ex terminaria R: P: Lazarus in pecuniis afferens 16 fl. et 48 xeros. in frumento solitum, et ultra. — Reditus terminarii

VI 18 a Rdmo fuit nobis transmissa Epistola Encyclica Rdmi Patris nostri generalis, in qua praecipitur singulis sacerdotibus ut ter pro felo Summo Pontifice Clemente XIV. Cognomine Ganganelli ex nostro sacro ordine sacrificium offerant, ut singuli conventus Missam de Requiem bis solemniter decantent. Ffr: Clerici tria officia integra defunctorum, Ffr: laici tria Rosaria recitare iubebantur. Monialium vero obligatio erat iuxta mandatum Rdmi recitandi officium integrum defunctorum, et cantandi ad Missam solemnem de requie pro eodem Summo Pontifice R: i: P. — Mandatum, seu Epistola Encyclica Rdmi P: gnlis intuitu obitus SS: Papae Clementis XIV.

XX Notificabatur insuper quod S: D: Papa Clemens XIV. 8 Sept. 1774 decretum a dict: sacr: Congregationis inseri iusserit, quo miracula Ven: Dei servi Bonaventurae de Potentia ut genuina declaravit, ita ut proxime Beatorum catalogo possit inscribi. — Decretum Beatificationis Canonizationis Ven: Servi Dei Bonaventurae de Pot.

22 huius dono mihi submisit R: D: Michael Dangelmeyer vulgo Stringl in Dorndorf einen Rehbock, quem conventui gratis obtuli. Deus huic Dno, et suis mille reddat.

25 huius de nocte primo quadrante post 12mam inchoavimus matutinum et post Te Deum solenne decantavi officium, ut hac ratione omnibus tristis occluderetur via. vide fol: 152. — Inchoatio Matutini in festo Nativ. D: N: J: C:

Collectura pro Rorate retulit R: P: Firminius una cum Vfr: L: Wili... laico 44 fl. et quosdam xeros. D: R: U: g: B: — Eleemosyna pro Rorate.

A° 1775

Januarius.

XV — Prima die novi huius anni, quem nobis felicem ac pro utriusque hominis hospitale faustum concedere velint clementissimi superi; Curialia nomine conventus peregi apud gratiosam familiam [illegible] de Reichberg in Donz-dorf, ubi revera benignissime fui susceptus, et habitus.

Adventus Digni XX — A 8 huius medio 6ta serotina salvus, et sospes advenit dignus P. M. Provincialis Angelus, una cum R. P. M. Constantio Secretario.

Decantatio officii et concio apud RR. PP. Augustinianos — 20 huius solemnitatem celebravimus apud RR. PP. Augustinianos, ego officium solenne cantavi, R. P. Augustus Grabs concionem perelegantem de S. Sebastiano Sancto plane mirabili habuit; assistebant mihi 2 Patres Professores.

Discessus Digni V — 27 huius Neohusium ~~discessit~~ discessit dignus, optime contentus, relictis tamen perutilibus ac saluberrimis monitis; eidem consueta visitationis taxa, et pro itinerario 5 florenis fuere soluti; ac insuper equos, quos tamen D. Joannes Meyer in der Schmid gassen sponte obtulit, Neohusium usque procurare conventus debuit, et voluit.

Februarius.

Reditus terminariorum XIV — Fr. F. Deodatus iam elapso mense circiter 24 v 25 rediit, fr. F. Daniel vero primum post festum purificationis reversus est apparens, idem hospitale contigisse. Uterque sat pingue attulit frumenti eleemosynam. in pecunia fr. Deodatus accepit 5 fl. 18 xr. et fr. Daniel 8 fl. 38 xr. in frumento vero primus et 2dus [illegible]

Interesse Wiblinganum — 8vo huius submissum fuit interesse Wiblinganum i. e. 320 flor. pro 8000 fl. capitalis.

Depunctio debiti IX — Dno Stappich ad 3 aethiopes statim submisi 300 fl. ~~[illegible]~~ et tunc [illegible] adhuc solvendi sunt et 1000 fl. uti infra notabitur, et iam notatum est fol. 155.

Martius.

XX Prandium apud RR. PP. Dominicanos. — 6 huius una cum duobus Musicis R. P. Andrea, et Rhetore pransus sum apud RR. PP. Dominicanos ob festum S. Thomae Aquinatis.

Reparatio lectorum, et purgatio Ecclesiae. II. IX — Ad finem huius mensis lecti totius monasterii, et Ecclesiae [illegible] fuere, et Ecclesia a pulvere, et sordibus purgabatur; duae insuper fenestrae prope Altare B. V. dolorosae, et S. Barbarae ita ordinabantur, ut commode claudi, et aperiri possint.

Aprilis.

Redemptio seu aufslaag R. P. Josephi Eisele. IX — Hoc mense Redemptio seu aufslaag [illegible] facta est cum D. Parente R. P. Josephi Eisele per 1000 fl. Rhenanos, nulla superstite iam obligatione huius D. Josephi Eisele erga huiatem Conventum. Si tamen honore et reverentia congrua colitur, forsan adhuc legatum Conventui consignabit. Suscepit etiam iste D. Eisele in se onus [illegible] petatur.

Grande debitum depunctum. IX — Ad ipsis 1000 fl. satisfactum fuit debito passivo 1005 fl. et 15 xr. apud nostrum Cauponem D. Schedl. Cui igitur Conventus nihil amplius debet praeter cerevisiam a prima 7bris elapsi anni usque huc.

XIV Eleemosyna pro S. Sepulchro. — R. P. Lazarus Procurator et fr. F. Wilibaldus Collegere pro Sepulchro 39 fl. 46 xr. D. G. M.

Majus.

XIV 29 huius Monachio obtinuimus deperditam ante quosdam años Colligendi Butyri facultatem in Comitatu Wisensteigensi.

Oben ta facultas colligendi iterum eleemosynam in Comitatu Wisensteigensi.

Promotrix insignis huius gratiæ unica, et promptissima fuit Domicella

XVIII Theresia Meyerhofer, quæ matrimonio conscientiæ juncta est Excellentmo D: D: Comiti Philippo Nereo de Arco Serenissimi Electoris Bavariæ Consiliario etc. Hæc Domicella, dum eam litteris humanissimis convenéram, mox omnem promisit opem, et promissa sua tam sancte adimplevit, ut intra tempus 15 dierum, intra quod Memoriale ad Serenissimum mitti debuit, totum fuerit perfectum negotium, et facultas ista nova à nobis obtenta.

In gratiarum actionem gratiosissimo huic Mecænati obtulimus unum Soleñe officium et 12 Sacra; ipsi Domicellæ autem munera quædam hic confici solita, sed nihil acceptavit præter unicum Soleñe Sacrificium.

XIV Collectura ista certe pro hucale conventu magni est momenti; collegit quippe ibi in Comitatu hoc isto R: P: Procurator Lazarus intra 10 dies 140 lb Butyri, et similis quantitas in singulos años à Conventu colligi debuit.

Meretur proin utique hæc Beneficentissima persona una cum Nobilissima prosapia sua nostram ferventissimam in SS: Sacrificiis memoriam, præcipue diebus Nominalitiis.

Junius

7mò huius ad colligendam Butyri eleemosynam dimissi sunt R: P: Lazarus Procurator, et Fr: Fr: Daniel, ac Didacus, primus pro Comitatu Wisensteigensi, et districtu Ulmensi, 2dus pro Civitatibus adiacentibus locis, et Dynastia quadam Elwacensi; 3tius in dys Ritis ...

dimissio terminariorum XIV

13 huius Officium Soleñe habuit P: R: D: Canonicus Debler; concionem vero valde elegantem R: P: Philippus Foerster ex nostro Ordine pro tunc Lector Philiæ. ad prandium comparuere plures hospites ex inclyto Magistratu, RR: DD: Canonicis, et Civibus valde honorariis.

Festum D: Antonii XX

Hoc mense emimus vinum ex Blittersdorffer à D: Consule Danner et quidem 4 omeras; quamlibet pro 42 f. summa adæquat 168 f.

Emptum vinum. IX

Julius.

Similiter huius mensis ex collectura rediit R: P: Lazarus revera sat ditatus.

Reditus terminariorum. XIV

Sub finem similiter benedictione oppletus advenit Fr: Fr: Didacus, quem mox eadem Superum largitate locupletatus subsequutus fuit Fr: Fr: Daniel. D: S: L: J:

Augustus

Celebraõ festi Portiuncula. XX

Festum Portiunculae solenniter celebratum fuit, licet dubium fuerit motum, num fideles possint has lucrari indulgentias ob annum jubilaei Romae celebratum. Officium solenne decantavit R: P: Hermanus Schreyer Prior Augustan: cum propriis ministris; Concionem vero valde egregiam perorabit ordinarius eiusdem eccl: ord: Concionator. in mensa aderant Nobiliora Inclyti Magistratus membra, plures D: D: Canonici &c.

Iter P. Guardiani Mayngam. VII

1 6 huius accessi Conventum Mayngarum, tum ut capitale nostrum 2000 fl: ~~ibidem~~ elocatum "eidem" Ven: Conventui repeterem, tum ut census annuos nobis iam ultra 2 annos debitos urgerem, denique ut alios census in vicinia ibi restantes reciperem; primum, et 2dum irrito conatu aggressus sum, se excusantibus nostris ob defectum pecuniae ex gravissimis contractis debitis pullulantem. 3tium in finem promovi, ubi D: Meyer Praefecto in Hausletten D: Patre R: P: Lazari Meyer cuius restantia debita nobis ~~[illegible]~~ submitti possent; huic enim Domino loco fi: R: Matthaei res nostras curandi commissionem concredidi, quam et benigne suscepit, et pro viribus executioni dedit.

September.

Tragaedia finalis. XVII

4to, et 6to huius Tragaediam omnino egregiam exhibuit R: P: Adalbertus Sax Rhetorices Professor de Constantia.

Adventus Rmi D: D: Suffraganei Augustani. V

1 4to huius circa horam 4tam vespertinam hic "sub pulsu omnium campanarum" ~~[illegible]~~ appulit Rvmus D: D: "Augustanus" Suffraganeus, L: B: de Adelmann, quem in Ecclesiae Collegiatae porta respiciente domui D: Canonici Senioris Meyer excepit R: R: D: Decanus Doll oratione latina; astabant eidem D: Decano R: R: PP: Superiores omnium monasteriorum, quilibet cum unico socio. aderant item D: D: Canonici, uti et Inclytus Magistratus; progressus fuit alte factus Rvmus ad altare maius, et ibi impertiebatur omnibus praesentibus benedictionem; mox introivit domum R: D: Decani, ubi eidem D: Syndicus nomine civitatis vina praestitit curialia; D: Syndico cum suis deputatis exeunte accessere 4 Superiores cum sociis, et R: P: Prior Dominicanus nomine reliquorum Religiosorum perhumana oratione salutavit Rvmum; et dimissi sumus in pace.

Consecratio Altarium apud nostras Moniales. XIII

Ego porro cum R: P: R: Vicario Hilario nomine nostrarum Monialium ad salutorium supplicavi eidem Rvmo D: Suffraganeo pro consecrandis quatuor s: altaribus, responsum distulit in sequentem diem, et tam erat negativa. urgebamus tamen rem istam, et precibus Excel: D: Meyer consulis Doll annuit tandem Rvmus; et 16to huius s: consecravit Altaria in nostrarum Monialium Ecclesia accessere omnes, et ego primum

Sacrum celebravit in altari maiori.

Obtulere Moniales Rvdmo honorarium in aere, sed non acceptavit praeter quaedam munuscula / tabulas &

Solvere tamen debuere Sorores nostrae ea omnia, quae annotata sunt in hoc protocollo A. 1765 mense Julii fol. 122.

ad S. Ludovicum

Nobis submisere Sorores 6 mensuras vini in gratiarum actionem pro habitis laboribus # Confirmationis sacramentum administravit

~~Confirmavit hic~~ praefatus Rvdmus D: Suffraganeus die vix non ac nocte, et 17 sub eodem campanarum pulsu abiit.

XIV Collectio ovorum.

Ad initium huius mensis ova in vicinia collegit Rel. fr. Daniel, et quidem copiosissime. D. S. G.

VI Modus et numerus RR. PP. comitantium funus cuiusdam Domini ex ecclesia.

D: Thomas Syndicus huias mortuus est mense Novembri huius, et quaestio erat quot Religiosi eiusdem conductum comitari solerent; repertum autem fuit et in Protocollo RR. PP. Dominicanorum, quod D: Consules comitantur omnes [illegible] pro Syndico ac consiliariis [illegible] 8 Patres, aliquos [illegible] 6 Patres.

October.

Festum S. Patris solemniter actum. XX

4to huius solemnia apud nos celebrarunt RR. PP. Dominicani more consueto. Peroravit ex cathedra multo cum fructu eiusdem Ord: Concionator ordinarius. In mensa duos DD: Consules, et plurimos hospites venerari licuit.

Litterae obedientiales avocatoriae, et discessus avocatorum.

Eodem die litterae obedientiales advenere pro RR. PP. Beda Winkler, et Adalberto Sax, primus ut Vicarius Wettensheimium, 2dus qua Rhetorices Professor Offenburgum destinabatur. Hic 11, alter 12 huius abiit.

11 huius per obedientiam Gamundia Wirceburgum vocatus fuit R. P. Augustinus Grabs hic Concionator, et Lectorem acturus Herbipoli. Discessit 17 huius.

Eodem mense per propriam voluntatem Offenburgum adiit R. P. Philippus Förster, et nobis valedixit 26 octobris. Ibi agebat Philosophiae lectorem.

Tandem 1 Nov: obedientias obtinuit R. P. Bertholdus Ziklober [illegible] Gamundiae fungitur officio Terminarii, antea Professor Grammatices.

Adventus quorundam RR. Patrum ad nostrum Conventum.

18 octobris ad nos venit pro docenda grammatica R. P. Aloysius Hemmer. 26 eiusdem postarum curru hic appulere RR. PP. Eusebius Eichenberger Concionator, et Eustachius [illegible] Professor Syntaxeos [illegible] dignis distincti.

Mors D: Consulis [illegible]

Hoc mense mortuus fuit D: Consul Fischer, eius locum obtinuit D: Frankenstein antea Cassier.

November.

Dimissio collectorum XIV

20 huius dimissi sunt Terminarii R. P. Lazarus Procurator, et fr. [illegible] Daniel, ac Didacus.

Adventus cuiusdam Patris

25 huius advenit de Friburgo R. P. Samuel Bastardi qua Parochorum adiutor, et Terminarius. # Offenburgi [illegible] fuit [illegible] ministerium

Receptio candidati clerici IX [illegible] 50 florenos.

Hoc mense unanimi votantium calculo in filium huialis conventus electus fuit D: Xaverius Baumgartner Leitmeinganus, legitimus D: Maioris Baumgartner [illegible] filius; # et promisit parens Conventui pro redemptione integra 1000 flq. et [illegible]

December.

Decantatio Rorate. XX

Rorate primum cantavi ad intentionem sororum ad S. Ludovicum. In festo S. Nicolaj Illus. Excellent. D. Patri spiritual. Storr ab Osterach, Dominica 2da adventus D. postarum directori de Maall unum D. Meyer in der Kreidgassen, qui dono misit 2 1/2 ℔ cera albae, et unum D. Schell nostro hospiti.

Festum Titulare nostrae Congregationis Civium, et Judicium. XX IV.

Dominica infra octavam Immaculatae ego cantavi pro congregatione seu DD. sodalibus officium, pro quo conventui dabant 4 ℔ cera albae, et concionem habui, pro qua ut priore annis iure pretio mihi fuit consignata. A prandio medio 2dae recitabantur vesperae, postea cantabatur more solito veni creator cum idiomate germanico. Mox subsecuta est concio, quam excipiebat promulgatio novi senatus, cui subiungebatur notitia defunctorum sodalium. Post haec renovabatur formula, et decantato Te Deum adiunctae sunt Lytaniae B. V. Mariae. Haec ideo notavi de novo, ut deinceps accurate observentur, nulla facta in annos singulos mutatione, vel in posterum absque prudenti ratione facienda.

Collector redux. XIV

16 huius ex sua ulmensi collectura attulit sedulus, et promptus Terminarius F. P. Lazarus in pecunia 59 fl et 36 x. permultum insuper lini ex D. Genfleis. D. S. G. P.

Electio novi senatoris.

19 huius in senatorem electus est D. Medel gener D. Consulis Herzer p. m.

XIV Eleemosyna collecta pro Rorate.

F. P. Firminius una cum socio F. F. Wilibaldo pro Rorate collegit 49 fl. et 38 x. D. G. J.

P. Terminarius pro Synopsia Elvacensi. XIV

Cum iuxta relationem Terminariorum nostrorum laicorum satis multum in annos singulos orietur murmur, eo quod nullus R. Pater in Synopsiam Elvacensem, et adiacentes pagos mitteretur, ideo P. Samuelem ad collectam initio eleemosynae ordinavi, qui 27 huius una cum F. F. Daniele qui ex sua collectura prope civitatem nostram solito ad nos in festo Nativitatis Xti reverterat, discessit.

Collectio frumenti pro hoc anno. XIV

Hoc anno in frumento nostri collectores obtinuere 26. malter, 5. 4tel dinkel, et 4. malter 7. 4tel korn. D. G. J.

Finis huius anni

Ut nobis pro animae, corporisque sospitate proficuus, faustusque hic inchoetur, feriatusque annus, Clementissimi concedere dignentur Superi.

Januarius.

XX 20 huius apud RR. PP. Augustinianos ego officium cum propriis ministris habui, Concionem vero R. P. Eusebius Concionator noster ordin. plurima cum laude — *Solemnia a nobis celebrata in festo S. Sebastiani.*

Hoc mense in Syndicum ab Inclyto Magistratu electus fuit Ill. Excell. D. Aloysius Seiswenger, antea Consulens. — *Electio novi D. Syndici.*

XIV circa finem huius mensis rediere ex collectura FF. Cl. Daniel et Dosaes multo onere saginati R. D. C. — *Redeunt seminaristae rerum.*

Februarius.

VII Post festum Purificationis B. V. nobis Wiblinganum interesse fuit solemnissimum sec. 320 fl. [illegible] debebatur vinum priori mense emptum, et 150 fl. pars quaedam debiti restantis apud nostrum Hospitem D. Schell ob cerevisiam nondum solutam ex integro expungebatur. — *Census annuus ex Wiblingen, et quomodo applicatur.*

Martius.

12 huius apoplexia tactus, et in lecto de mane mortuus repertus VI fuit Excell. ac P. R. D. Josephus Doll huiatis Ecclesiae Collegiatae Decanus. R. i. p. Funus eius comitabantur omnes RR. PP. actu hic commorantes, uti et ab aliis monasteriis fuit observatum. Conductui huic etiam interesrant nostri studiosi parentantes pariter suo proprio D. Parocho. — *Mors R. D. Decani Ecclesiae Collegiatae.*

XX In festo D. Thomae Aquinatis denuo ad prandium invitatus fui ab A. R. P. Priore Joann. Bapt. Weindl S. ord. Praedicatorum.

In festo Portiunculae [illegible] pro more habuerunt RR. PP. [illegible], qui numero 6. prandium et coenam sumpserunt apud nos, item et quidam RR. DD. Patrochi, et quidam Cives. Magistratus denuo ad Processionem tantum à me fuit invitatus, et [illegible].

Festum Portiunculae.

18. hujus nova campanula missalis fuit in turri suspensa.

Nova Campanula missalis.

September 1787.

Comoedia exhibita.

3. et 5. hujus à R. P. Rethore Emerano exhibitus fuit ludus theatralis pro anni coronide cum maxima omnium praesentium satisfactione. Primarias personas egerunt RR. PP. Professores Oswaldus et Tiburtius.

Candidati abitus ad Novitiatum, et reditus ad Saeculum.

7. hujus ad Novitiatum Moguntinum abiit D. Sebastianus Eisele, Gamundianus, nuper susceptus. quo ejusdem fuit investitus imposito nomine F. Floriani; verum dominio ipse ab aliquo tempore liberiori, remissioriqꝫ vita assuetus, et ante susceptum ordinem, quod nos latuit, à quadam sponsa seductus, octavo post investitionem die Novitiatum iterum deseruit, ob futiles et inanes rationes, quas etiam huic Protocollo inserere, indignum judico.

Adventus, Visitatio et Discessus Rmi P. M. Provincialis.

22. hujus circa horam 5. vespertinam advenit Rmus Dignissimus cum suo P. M. Secretario. 25. Visitationem habuit apud Moniales ad S. Ludovicum: Sequenti die apud nos: 27. absolutio apud Moniales, 28. apud nos: 30. vero, quae erat dies Dnica discessit Neohusium.

October.

Festum S. Patris.

4. hujus in festo S. P. N. Divina pro more habuerunt RR. PP. Dominicani. Hospites ad mensam nulli, nisi 5. PP. Dnicani, et 2. RR. PP. Augustiniani: ad coenam soli 2. PP. Dnicani.

Dimissio P. Oswaldi Schell.

18. ejusdem R. P. Oswaldus Schell, hactenus Gramatista et successive Syntaxista in hujate gymnasio dimissus fuit cum suis obedientialibus Offenburgum, ad docendam ibi Rhetoricam.

Dispensatio in jejunio rglari.

Eodem accepi literas à A. R. P. M. Secretario cum Dispensatione in jejunio rglari more solito p Custodiam promulganda.

P. Emeranus institutus Confessarius extraordinarius in Neühausen.

Item in iisdem literis mihi notificatum, R. P. Emeranum Gentzer à Rmo esse denominatum Confessarium extraordinarium in Neühausen, qui propterea semel in anno aut tempore paschali aut quocunqꝫ alio sibi commodo, facta prius informatione, illuc pergat, confessiones Monialium excepturus. Probabilius Moniales venerunt ultro confiteri P. Pio hactenus designato Confessario.

Decreta in nupera Visitatione.

Pro Successoribus adhuc adnotare volui quaedam in nupera Visitatione à Rmo decreta. 1. ut locali Superiori dentur consueta missa per provinciam tum pro Xenio, tum pro die onomastico. Vide supra fol. 204. 2. ut imposterum cibi omnes dentur Confratribus in portiones divisi. 3. ut Terminarii hebdomatim propter paupertatem Conventus bis applicent. 4. ut excurrentes solius recreationis causa alternative applicent. 5. ut localis Superior aperiat juniorum literas, habeatqꝫ thecam pro posta, cui omnes literae mittendae et missae includantur. 6. ut abstineatur ab omnibus Hospitum invitationibus in festis Solemnioribus.

27. hujus advenit Königsbergo quâ Professor Rudimentorum R. P. Caesarius Braunstein.

Scripsi denuo ad Rdmum Vicariatum Augustanum pro illius approbatione, quam vel sine Examine ad tempus Subsistentiae obtinuit. Hunc cum praesentassem Excell. D. Decano nobis /: nunc per obitum Rdmi D. de Abelstam(?) pro hujate Ecclesia collegiata denominato Praeposito, miratus, quod sine examine fuerit admissus P. Caesarius, ajebat: Sie müssen gute Freunde in Augsburg haben, daß Sie allzeit ohne Examine admittiert werden: doch — dies ist nur eine Arbeit gewesen. Vide supra foliis 193. — et 94. Saltem numquam audivi, quod quis nostrûm adhuc renuerit subire Examen, vel perhorruerit. Notent ergo Successores, ut in adventu cujusdam Patris semper ipsi scribant Augustam.

Adventus P. Caesarii Braunstein et illius approbatio.

I.

Hic adnotare volui duo religiosae obedientiae scil. praeclara exempla fors à longo tempore sine exemplo. Jam mense Julio P. Andreas, notum illud per civitatem mendicabulum /: fol. 204 :/ et homo soli ventri deditus, fere quotidianis excursionibus assuetus suam è hoc Conventu à Rdmo petiit amotionem, et hoc praecipue propter me, qui eum una alteraque vice à suis assuetis excessibus et extravagantiis ob plurium Saecularium querelas, quas Rdmo communicavi, retinere volui. Destinatus itaque per obedientiam fuit Schildbergam(?); at quia sperabat, se mittendum in Conventum vitarium, scil. Königsbergensem, /: quasi cerevisiarii majus jus haberent ac Vinarii in Conventum Fratres :/ hinc iterato supplicavit Rdmo, ut sibi hic persistere liceat usque ad ejus adventum: quod et concessum: et sic in fine finali emendicavit ulteriorem in hujate Conventu Subsistentiam. Bene — sed en impigrum obedientis ipsius Religiosi imitatorem! — In visitatione Rmus sua à Conventu dimissionem petiit P. Sebastianus Knoblauch hujus Conventus filius, propter nauseam Cerevisiae et sub praetextu, quod propter paupertatem Conventus potus et victus indies vilesceret. En Religiosum mortificatum! — Contigit interim, ut moreretur P. P. Victorinus Humair(?) tunc Solodori Operarius civitatis: Rmus itaque misertus P. Sebastiani, eidem pro hac statione sat pingui misit obedientiales, quas ipse primo gaudens suscepit; verum translatis pro more stabis hospitalitatis, mendicitate sua gravatis per civitatem domibus, et querelis propter distantiam loci et aëris minus faventis. Tandem sub praetextu fictae aegritudinis, à qua tamen altera die statim fuit restitutus, ut primum à D. Medico audiit, qui ejus simplicitatem optime novit, quod modo dimitti non possit, statuit haerere in eodem loco. Quod, cum supplicasset Rmo, illi concessum non sine Scandalo aliorum Religiosorum, et plurium bonorum Saecularis status. De hoc viro loquitur inconcinne mihi quidam ex primariis Rdis Patribus in hunc modum: Animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus. Cerevisiarii aliàs loco vini inhiant: Solodorum fuisset statio accommoda aliàs viro pro laboribus in vinea Dni sudanti(?) et Zeloso. Digna merces pro laboribus in vinea Dni; vinbis(?) et potus utique melior gamundianus(?); sed non est dignus hac statione homo deliciosus. Si Superior essem, locum alium ei minus congruum assignarem. Si quilibet eligit, quorsum tandem dispositio Superiorum et nexus Conventuum deveniet? —

Petita à PP. Andrea et Sebastiano à Conventu dimissio, et non assentientibus obtentis obedientialibus ulterius in Conventu Subsistentia

October 1787.

P. Guardianus in negotiis Conventus proficiscitur Neresheimium.

Ad initium hujus mensis P. Guardianus jussu Admi profectus est ad imperiale Monasterium Neresheimense, ad curialia facienda neo-electo Reverendmo S. R. J. Praelato, D. Michaeli Dobler, simulque supplicando pro ulteriori gratia colligendi eleemosynam in districtu imperialis monasterii, quod et gratiosissime benignissimis verbis concessit dicendo, se nil velle innovare in iis, quae collectionem eleemosynae concernunt, et a Rmis Antecessoribus suis p. m. ordinata sunt: rogo tantum, ut FF. Minores Conventuales, quos in veritate diligo, orent pro incremento nostri Monasterii. Admus in visitatione nuper expresse jusserat his verbis: man solle mir ein gemäßigtes [illegible] fordern: verum ego nil aliud petii, nisi in dies applicationem ad 20. Xr. [illegible] nec hoc exiguum viaticum obtinui, nisi [illegible] P. Magnus [illegible] [illegible] reposuerit, si velim in dies applicare fundatam a 15. Xr. posta [illegible], [illegible] alia stipendia se ad manus habere, quod nemo bonus credidit. Sed ejusmodi mendicitatem renui accipere: sine sumptibus propriis# et quidem non exiguis perfeci hoc iter, licet pro utraque Magnam fuerim [illegible]. En generositatem et recognitionem Fratrum Conventus Gamundiani! —

 # mentiris in collum tuum

November.

P. Sigiberti causa magnus movetur [illegible] inani conatu.

Obiit circa festum OO. SS. D. Ottner, Organoedus hujatis Ecclesiae Collegiatae. Inter alios Candidatos etiam Parens nostri P. Sigiberti Seybold accessit, denuo, ut elapso anno contigit, omnem lapidem movens, ut haec sparta vacans filio suo non tantum obtingeret aut daretur, verum etiam ut nuper jam quaesita saecularisatio pro ipso evinceretur. Verum post longas, acresque contentiones tandem Magistratus in hanc unanimem ivit sententiam, daß er mit seinen Sachen für allzeit solle abgewiesen seyn. Ita mihi retulerunt quidam ex Senatoribus. Interim tamen ejus Parens coram Magistratu filio suo publicum dedit testimonium, quod hoc inscio [illegible] ejus saecularisationem attentaverit. Quatuor tantum pro hac instantia habuit causae suae fautores et promotores, scil: D. Consulem a Stahl, Oberstettmeister Storr, et duos Quaestores Storr et Deller. Requiescat ergo in sancta pace totum hoc frivolum et taediosum negotium. Ex parte tamen mei, sicut ex parte Conventus nec minima facta est oppositio, publice saltem, nisi fors unus alterve Herodis clam larvata persona incessit.

Concernens Vinum in Coena Dni et Capitale a 400. f.

IX.

16. hujus D. Cancellista Pfeifer nomine inclyti Magistratus tanquam Deputatus me convenit, insinuans: Ein Hochlöblicher Magistrat lasse mich fragen, ob das Convent f. die Zeiten hindurch angesetzte 2. f. [illegible], oder Wein in Coena Dni [illegible] [illegible] protestiren wolle: 2. daß [illegible] P. Vicario Antonio Geiger, dann Guardiano, et P. Hilario, dann Vicario aus des Leonardi [illegible] aufgenommenen Capital, und angesetzten 52. f. [illegible] [illegible] zu [illegible] gesinnet seye: widrigenfalls werde löbl. Magistrat genöthiget seyn, andere und schärfere Maaßregeln zu gebrauchen. Vide supra fol. 209.

Quoad primum respondi, ipso eodem die, quo nuperrima Signatura à
Magistratu mihi fuit communicata, binalvice praesentibus fratribus Con-
ventus me injunxisse P. Marcello tunc temporis Procuratori, ut 2. expi-
ratos florenos D. Obersteinmeister Storr, qui Curatori innuerat. Cum
autem hic praefatus Pater, modo Excubitor in colligendis eleemosynis modo
in Dornbach moretur, hinc illum semper à me constitui non posse. Fate-
tur P. Beda, quem ut testem advocavi, ipsius allegatus est, P. Marcel-
lo solutionem 2. florenorum à me fuisse injunctam, et quod fors obli-
tus fuerit, quod ut à parte sui fieri erat. Hinc misi per P. [illegible] statim
altero die D. Stadtmeister Schedel 2. fl., qui cum intimis Magistratus
membris datam Solutionem notificasset, causa circa primum punctum
fuit sopita. Sed bene notandum, quod mihi Vir gravis et plenae aucto-
ritatis quoad hanc causam his formalibus aperuit, scil: primarium
adversarium hac in re nostrum esse D. Obersteinmeister Storr, et cujus
instinctu id fieri facile persuadere poterit sibi Ptas Vra; quem
cum nominassem, non aeque me deligisse, respondit hoc addito: dieser
Religios biethet alles an, um mich bey dem Magistrat im übel Gerüch-
te und Zuneigung zu bringen. Sed et aliud quidem ex nostris,
qui sub ficta pietatis specie Hypocrita maximus totam civitatem
fallit, ad captandam cujusdam Senatoris benevolentiam, non minus
contra me laboravit, Vir propter suam fallaciam per totam Provinciam
notissimus, et ideo jure merito cunctis abominabilis. Verificatur
itaque illud Jeremiae 7. v. 18. Filii colligunt ligna, et Patres succende-
runt ignem, et mulieres conspergunt adipem &c.

Ad Secundum reposui, me semper velle deliberare cum Conventu, et
infra praescriptum tempus 8. dierum Magistratui sensa nostra declara-
turum. Convocato ergo Capitulo Conventuali rem proposui, sed nil una-
nime decisum variis varie sentientibus; multum quidem clamatum
à quibusdam ante aetatem sapere volentibus, sed sine fructu. Tandem
alii in hanc iverunt sententiam, ut rem coram pleno Magistratu
proponerem, centumque remissionem 52. fl. pro Conventu peterem. Ve-
rum reposui, me hanc causam plane non tangere, cum PP. Antoni-
us et Hilarius, qui hoc Capitulo susceperunt, sint praesentes, eorum
ergo esse obligationem, ut actum humilitatis exerceant, erroremque
commissi, quod in obitu D. Consulis Storr apud succedentem ei Cura-
torem Fundationis S. Leonardi dilationem solutionis non petierint,
veniam precarentur. Sed omnia frustra. Accessi proin statim D. Con-
siliarium à Stahl, nostrum parentem spiritualem consilium petiturus;
cujus sententia haec erat: Ich solte Ihr Hochw. Stangelischen Pfarrer als einen
Anwald am folgenden Samstag vor den gesammten Rath treten lassen,
damit er weiter Nachlass des Zinses begehre; item dass das Kapital zu
3. pro Cento dem Convent noch länger überlassen werde, mit dem
Versprechen, alljährlich etwas davon abzuzahlen, und dass der Magistrat
sodann eine anmerkliche Obligation aufstelle, welche das Convent unter-
schreiben wird. Quid vero factum est, intimiores Magistratus ita
sententiarunt: wolle dem Convent auf billiches Ansuchen des Convents
im jährlichen Zinses zu 4. pro 100. folglich 16. fl. nachgelassen, und ihm das
Kapital mit einem Zins zu 3. pro 100. überlassen werden: jährlich solle
an diesem Kapital 50. fl. abtragen: man wird also quartaliter den Stift-
geld 12. fl. 30. Xr abziehen, und wird dem Convent eine Obligation zur
Unterschrift vorgelegt werden. —

Vide fol. 250.

Sententia intimi Senatus in hac causa.

IX.

November 1787.

Conventus non acquievit Sententiae interioris Consilii, sed rogat appellationem ad plenum.

Omnia me vi officii egisse autumabam; verum tantum abfuit, ut Conventus hac definitiva Sententia intimioris Consilii non tantum non acquieverit, sed potius vitiosis clamoribus et gravissimis insolentiis me coegit, eam in publico Senatu, et quidem personaliter proponere. Tandem et hoc in me suscipere promisi; sed prius omnes personales Magistratus invisi, ipsisque rem nostram omni meliori modo recommendavi. 19. hujus ergo comparui coram pleno Magistratu, et remissionem totius census à 52. f. rogavi: sed tandem comite P. Vicario hanc Sententiam definitivam accepi: Das Convent soll also in toto 24. Zins bezahlen: übrigens bleibt es bey dem vorigen Resoluto: 24. f. ergo ipso die P. Mansuetus attulit D. Oberstadtmeister Frankenstein.

Nova obligatio confecta. IX.

Copiam novae obligationis ideo Curatori fabricae S. Leonardi extraditam, vide in Archivio.

Decret wegen rückständigen Gülten und Zinsen. XVIII.

Weil die die [illegible] ihres verkauften Häusern nicht gebüsst.

Et quoniam Magistratus hisce diebus renovavit Decretum wegen den rückständigen Gülten und Bodenzinsen, simul etiam hac occasione supplicavi pro executione contra Bernardum Herzer, Inhaber der [illegible] Mühle: item contra cives Augustinum Gündle et Johannem Weidmann, aurifabros, welche wegen ihren verkauften Häusern A° 1783. die auf Grundzins gebotten müssen, ex hoc capite ihre Schuldigkeit nicht entrichten wollten. Hinc sequenti die cum P. Mansueto iterum debui comparere allatis nostris Urbariis coram consilio secretiori, docturi nostrum jus possessorium: in quo et per sequens Resolutum Magistratus confirmati fuimus:

Resolutum wegen verweigerten Grund- und Bodenzinsen. Gündle vide Tit. N.

Dem Convent bleibt das Recht, von beiden Häusern seine Grundzinsen, die vormals eingeführt worden: die Herren Gündle aber und Weidmann zu indemnisiren, sollen die vorigen Grund-Acta untersucht werden. Aber darbey sind sie ermahnet worden, das folgende Gefälle jährlich recht und ordentlich einzuliefern. Quod bene notent Successores ad evitandas confusiones.

NB:

Mutuata pecunia 200. f.

20. hujus ad instantiam nostram D. Joannes Köhler, caupo ad rosam auream mutuavit nobis 200. f. auf ein 3. Viertel-jähriger Frist ohne Zinns. Aber wegen seiner Frau hat man noch [illegible] 3. pro Cento, so [illegible] in die hierüber erteilte Handschrift setzen, aber nicht gelten solle.

Ulteriora in Causa P. Sigiberti Seybold.

Dum nuper recommendaturus causam nostram rationi mutuati ad Antecessore meo Capitalis à 400. f. singulos DD. Senatores et Consules privatim invisebam, tunc quaedam particularia attentatum Seyboldianum contingentia mihi fuere communicata: Quinquies ab ipsius fautoribus haec causa fuit coram toto Magistratu ventilata, et quidem cum assistentia Advocati ad nauseam et taedium omnium bonorum. Tandem pro hoc uno obtinendo supplicarunt: man möchte dem Convent anbefehlen, den P. Sigibert wieder zum Orden zu bringen, damit er als [illegible] et in hoc repulsam passi. Et quia die Stiftsvogd [illegible] sed et in hoc repulsam passi. Et praesentia Magistratus dixit: Der Pater ejus inter caetera (: Xantippen dixeris :) würde erhalten haben wegen seiner Frau, und damit er den lieben Hausfrieden erhalten müssen, und damit er den lieben Hausfrieden erhalte.

27. hujus etiam morosus noster Debitor Herzer, possessor molendini Hinterbarensis, missus à me Magistratui delatus simpliciter comparere debuit, et praesente P. Mansueto dat Magistratus sequentem dedit Sententiam: er sollte in 14. Tagen die laufende Gült für dieses Jahr, und mehr im Frühjahre eine restirende alte Schuldigkeit, und dieses Tags damit fortfahren, bis er seine Schuld völlig abgetragen, und dieses unter Strafe der schärfesten Execution. Dieses Urtheil in Ansehen der restirenden Gülten und Bodenzinsen aber gut eingerichtet: es liegt also an den beiden Officialen PP. Manuel und Pius, ob sie ihre Pflicht und Schuldigkeit thun wollen. Allein ich fürchte, es werde hiereinfalls die den vollen fruchtlosen Weg gehen, den ich bey meiner Hofstelle angetragen habe. Sagt der Abt diesen zween Männern ihre Pflicht, und ermahnet sie, die Schulden einzutreiben, so fahren sie ihm über das Maul: schreibt er, so geschieht nichts; und nichts desto weniger sind sie diejenigen, die alles wollen gethan, und zwar besser gethan haben. Cum Spirituales oeconomi videri volunt, facti sunt insipientes.

D. Cerarius Holzwarth hisce diebus F. L. Danielem pro Rorate colligentem ad se vocavit, insinuando: es stehe noch ein Conto wegen abgeholten Wachs schon vom August des übrigen Jahres: proinde debitum jam ante Adventum novum contractum: es lasse sich aber niemand sehen, noch hören: man solle einmal zahlen. Der Conto beläuft sich auf 48. f. 22. xr. Bone Deus! novum Specimen Oeconomiae P. Manueli Procuratoris, Sacristae et Exactoris: Viri, qui olim Ex. Tiberio Provinciali sui temporis, dicere non erubuit: Wenn man ihm diese Ämter miteinander gebe, so wolle er in einem Jahre alle Schulden bezahlen. Vide literas P. Tiberii. Man hat sie ihm gegeben, und er hat nichts bezahlt, sondern noch immer [illegible] alte Schulden [illegible], und er nebst seinem Compagnion Pius ist deswegen ganz unbekümmert, gleich als wenn sich ein Bürger eine Ehre daraus machen müßte, wenn man Schulden bey ihm macht. So ist er dem Metzger bey Eingang dieses Monats gegen 200. f. schuldig geblieben, der [illegible] glaubte, dieser wäre bezahlt: nicht minder fordert der [illegible] Ehre und so weiter! Und dennoch wollen beide Männer von ihrer [illegible] nicht abstehen. Man war also genöthiget nebst den 500. f. so beide [illegible] meiner von dem R. Mosenthal aufgenommen, [illegible] aufzunehmen, um wegen die oben gemeldete 200. f. dem [illegible] aufzuheben, und den allerhand [illegible] zu erhaltenden Credit den Metzger und Bäcker [illegible].

Hoc mense FF. Laici Daniel, Willibaldus et Dibanus à me petierunt licentiam, ut sibi liceat cameras vacantes pro eorum usu propriis sumptibus adornare, fornacibus et aliis requisitis providere. Quod cum sine expensis Conventus, imo pro utilitate ejusdem factum fuerit, volui hic adnotare pro securitate ejusdem factum fuerit, consiliis [illegible] praelatos Confratribus, ne fors malevolorum consiliis [illegible] aut ejici permittant. Hi tres ex domo possessione ejiciant, aut ejici permittant. Hi tres FF. Laici pro utilitate Conventus plurimum laboraverunt, et adhuc laborant, cum alii ejusdem totalem destructionem pro viribus allaborant: insuper indies fiunt procatiores et alii: aequitati itaque conveniens est, ut ipsis hoc beneficium concedatur.

Sententia Magistratus contra den [illegible] Müller.

Debitum pro cereis.

X. № 2.

Cameras à FF. LL. Daniele, Willibaldo et Dibano adornatas concernens.

December 1787.

Rorate in festo Immac. Concept.

Hoc anno penitus fuit omissa invitatio PP. Dominicanorum pro Rorate cantando in festo Imae. Conceptionis, cum certe praeviderim, me pro reverentia mea ab illis non audiendum. Quod nempe olim fuit honoris, id nunc oneris esse reputatur. Major pars istorum Religiosorum nobis minime favet, id quod partim expertus sum, partim solidis argumentis probare possem. Ego proin cantavi Rorate.

Festum titulare Congregationis.

Dnica infra octavam in festo titulari Congregationis omnia habita more introducto. Ego cantavi officium, et ligra habuit P. Vicarius, Congregationis Praeses, qui et e cathedra dixit.

Tonitru.

18. hujus, cum pluvia per totum diem cecidisset copiosa, de repente post sextam vespertinam totum coelum fuit obnubilatum, et praeeunte fulgure ingens tonitru subsecutum est: sed postea nil auditum amplius.

Regula pro curialibus faciendis.

Pro curialibus faciendis hocce tempore pro Successoribus haec annotare volui: Prima vice i. e. primo anno Guardianus curialia facit apprecando Natalitia Dni c. toti Magistratui, D. Praeposito et singulis DD. Canonicis: in festo Paschatis vero solis DD. interioris Consilii, i. e. den 3. Burgermeistern, 2. Oberstettmeistern, Syndico, et Dno Praeposito. Hi iidem etiam tantum invisuntur in 2do et 3tio Guardianatus anno tum pro Natalitiis Dni, tum pro apprecando felici Alleluja. Ita 20. hujus mihi expresse R. P. Vicarius Antonius Geiger, Antecessor meus, qui meo loco, morbo impeditus, hoc anno haec curialia egit. Entia non sunt multiplicanda sine necessitate: dann das beständige laufen, und gratuliren ist ohnehin hier in einer Stadt, wo man so wenige Aufrichtigkeit findet, für einen geistlichen Guardian eines der beschwerlichsten, wo fast jeder Burger praetentiam Guardiani praetendiren will. // Quod attinet festa S. Antonii, Portiunculae et S. P. Francisci, P. Guardianus pro comitanda Processione invitat DD. Consules, 2. Oberstettmeister, Syndicum et Consulentem, reliquos Senatores P. Vicarius; licet ad prandium invitentur multi Senatores. Et hisce finem impono agonizanti Anno 1787.

Incipit Annus Dni 1788. Januarius.

Contractus ratione primae missae ad S. Joannem.

Ab initium hujus mensis novus Contractus initus fuit cum P. R. D. Kaiser ratione primae Missae ad S. Joannem, et quidem sub his conditionibus. 1. ut det alternatim Stipendia. 2. ut singulis trimestribus solvat; et 3. ut annuatim pro gratiali extraordinario solvat Conventui 15. f. Unam harum Conditionem si non impleverit, eo ipso Conventus desistet à praefata missa legenda.

Festum S. Sebastiani.

20. hujus pro more celebravimus Divina apud R. R. PP. Augustinianos. Ego officium cantavi, et R. P. Vicarius Gruber concionem. Cum 2. Ministris prandium sumpsimus. Ad coenam ego non comparui; bene vero P. Vicarius cum PP. Sebastiano et Caesario Ministris. Aderant et alii Ordinum Superiores.

Februarius.

Obitus et Sepultura R. P. Othmari Dimler.

24. hujus circa horam 5. matutinam omnibus moribundorum Sacramentis munitus, et Senio confectus pie in Dño obiit R. P. Othmarus Dimler, Senior Conventus, aetat. 75. S. Prof. 56. Sacerd. 51. ann. et sequenti die hora 3tia pomeridiana in nostro Coemeterio sepultus.

Ejus Depositum. + mutuo dederat.

Jam Guardianante P. Elzeario Defunctus, teste invento Chirographo post ejus obitum, Conventui 113. f.+, qui ei non fuerant restituti, quibus si computaveris adhuc 10. f. 29. xr in ejus deposito inventos, erit Suma 120. f. 29. xr. R. I. P.

Capitale 400. f. ad fabricam S. Leonardi concernens.

Pro eluendo Capitali 400. f. ad fabricam S. Leonardi ab Antecessore meo P. Geiger suscepto, pro primo Termino, scil. Quattali Cinerum Conventui ab officialibus des Stahmisramtes detracti fuere 12. f. 30. xr. von dem so genannten Schiffgeld. Vide supra fol. 214.

Reditus P. Pii ex Terminatione et F. L. Didaci.

22. hujus ad vesperam sat sero è Terminatione rediit P. Pius, cui illud adplicari potest: Extra monasterium semper bene...; et 26. ejusdem post coenam F. L. Didacus.

Obitus, Sepultura et Exequiae pro Sfta Domicella à Stahl.

27. hujus medio 3. matutinae pie in Dño obiit Domicella Maria Theresia à Stahl, filia unica Praenob. Dñi Francisci à Stahl, Consulis, et Patris nostri Spiritualis, aetatis 18. annor. 4. mens. et 19. dierum, quae jam dispositis omnibus et procuratis necessariis post Pascha matrimonio copulanda fuisset Gregorio Dabler, filio in domo vicini non minus divitis: ast Dño Deo taliter disponere placuit. Sequenti die, id est

28. hujus hora tertia pomeridiana sepulta fuit in coemeterio prope Ecclesiam parochialem comitante funus tota non civitate universa, et omni possibili pompa pro angustia hujus loci: funus...

...ducebatur à 2. equis in currus pro tristi hac scena magnifice adornato. Ad funus comitandum aliàm fuere specialiter invitati ... Ad funus ... 4. Monasteriorum hujus civitatis. Celebratae sunt pro anima defunctae Exequiae

29. hujus et

Martius.

...mo, et 3. hujus mensis in eadem Ecclia parochiali.

Martius 1788.

Exequiae in Ecclesiis Religiosorum.

3. hujus quoque pro more habitae sunt Exequiae apud RR. Patres Dominicanos: 4. apud PP. Augustinianos, et 5. in nostra Ecclesia semper h. 7.

Honorarium propter comitivam Conductûs.

6. ejusdem missum est nobis Honorarium à D. Consule propter comitivam Conductûs suae amatae filiae, et quilibet Superior ut et omnes Religiosi tum Sacerdotes, qui Laici acceperunt 30. Xr. idque praeter omnem exspectationem; cum in similibus Casibus, prout videre est supra foliis 137. et 154. Superiores semper fuerint distincte praemiati. Et quid non exspectandum erat à Viro et nobili [?] modo improli? Et tam divite, et quidem primario Urbis Consule? Ego pro mea persona recusavi accipere tam tenue honorarium, et illud consignavi P. Sebastiano.

PP. Dominicani in festo S. Thomae Aquinatis Superiores non invitant ad mensam ut alias factum.

7. hujus incidit festum S. Thomae Aquinatis apud PP. Dominicanos. Semper in usu erat apud Religiosos hujus civitatis, ut ad quaecunque festa primaria Ordinis quilibet Superior cum Socio fuerit invitatus ad prandium: at praeter omnem exspectationem mos a civibus antiquus iste a Religiosis istis alias tamen [illegible] fuit abrogatus. Invitatio tantum facta fuit pro celebranda missa in praefata Solemnitate, hoc addito: daß Mittagessen werde [illegible] im künftigen [?] gegeben werden. Hujus novitatis auctor est P. Josephus [?] Hartzer [?], neo-institutus Procurator ejusdem Conventus, qui et pridie hujus festi accessit Domum Senatoriam, et dato [illegible] ad plenum Magistratum indicavit, man werde [illegible] künftig ihn nicht mehr als eine Mahlzeit im ganzen Jahr [illegible] eingeladen werden: er gebe, so [illegible] die Herren werden [illegible] Magistrat anzeigen, und [illegible] gethan [?] [illegible]. Ita mihi praefatus P. Josephus ipsus retulit. Bene: Exempla trahunt. Quae mea semper fuit Sententia, quam [?] ego tempore [illegible] hic deponere volui. Casu quo, quod tamen non spero, ego tempore proximae Convocationis capitularis non essem hoc loco [illegible] etiam invitatus ad praedictum convivium in aestate non comparebo: [illegible] selber [illegible] einmal im Jahr ein ordentliches Tractament halten, und [illegible] in ultima Visitatione [illegible] ist [illegible] nullum Superiorum ad mensam [illegible] werden. Ad festum S. Antonii [illegible] soli PP. Augustiniani, et ad [illegible] invitabo, sed in festo Portiunculae soli PP. Dominicani erunt invitandi. Cum Solemnitatem S. Patris soli PP. Dominicani [illegible] et P. Guardianus Capucinorum insuper P. Prior Dominicanorum et P. Guardianus Capucinorum invitare [?] elapso anno, ut alias moris erat, neminem Religiosorum invitarint ad diem eorum nominalitium; comparuerint tamen in [illegible] monasterio ad mensam meam et P. Prioris Augustinianorum [illegible] Augustinianorum conventio [?] inter me et praefatum P. Priorem Augustinianorum in die nominalitio imposterum [illegible] fuit, omnem invitationem in die nominalitio [illegible]. Ita ego saltem sentio. Agant omittere, et sic par pari referre. Ita ego saltem sentio. Agant Successores mei quidquid voluerint.

Requiem Solemne pro defuncta Domicella à Stahl.

10. hujus hora 7. habuimus Solemne Requiem cum Missa pro defuncta Domicella nostri Patris Spiritualis, Praenobilis D. Consulis à Stahl praesente tota familia ratione officii [?] [illegible].

Martius 1788.

20. hujus in festo Coenæ Dni advenit de Solodoro cum suis obedientialibus P. Nicolaus Bucher.

Adventus P. Nicolai Bucher.

Aprilis.

27. Accepi à Rmo P. Mro Generali obedientiales Assisium me vocantes, ac tunc Pœnitentiarium in Eccliâ nostra Cathedrali simul et Confessarium Monialium Germanicarum; sine deposito Officio mihi hujus Guardianatus. (Verum Assisii loco Wirceburgum petiisti ibi permansurus, collecto licet pro illo itinere ostiatim viatico aut extorto potius:)

Discessus P. Guardiani.

Majus

1mo hujus Gamundia Herbipolim profectus sum. Laus Deo! — Semper sit laus Deo! ob discessum tuum!!

In hujus locum constitutus est ut Præsidens R. P. Beda Winterer, simul ut ad interim vices Custodis agat, pro utroque officio obeundo litteras jam 27. Aprilis à Digmo recepit.

Constitutus Præsidens.

13. huj. Stationes Dnicæ Passionis seu Viam Crucis in Pago Iggingen erexit P. Præsidens Beda Winterer.

Erectio Stationum in Iggingen.

Junius

13. huj. in festo S. Antonii Pad. Concionem apud nos habuit P. R. D. Bernardus Mayer Beneficiatus ad S. Salvatorem, officium vero P. R. D. Joan. Nepomucenus Reis Canon. hujat. Ecclie Colleg. ad Mensam nemo invitatus nisi præfati P. RR. Dni, et musici.

Festum S. Antonii

14 huj. advenit Digmus noster cum suo A.R. P. M. Secretario M. Maynga rogante Conventu omissum est Scrutinium.

Adventus Digmi

21. huj. habuit absolutionem, et

22. Discessit à nobis bene consolatus ob restitutam pacem uberlingam

Discessus Ejusdem

M. Patres de M Conventu mecum statuerunt, quod ob inopiam velint carere potu vini, ne augeantur, sed si fieri potest, minuantur debita passiva, et ut futurus P. Guardianus, hoc sciat, seque conformet, idipsum A RR. PP. Capitularibus insinuavimus M litteris, ut procaveatur querelis. ~~M M~~ [illegible] nullus de [illegible] = = 23 9bris [illegible]

Resolutio Conventus ratione potus vini ~~[illegible]~~ [illegible]

Jul.

6. obiit V. f. l. Augustinus Ord. S. Augustini. funus sequenti die sumus comitati

Obitus f. l. augustini ord. ejusd.

11. Subitanee quasi obiit R. P. Gildhardus Ord. S. Franc. Capuc.

obitus P. Capuc.

13. Eodem modo obiit A. R. P. Benignus Reis Ord. Prædicat. actualis Concionator.

obitus P. Dominic.

15. morte vix non subitanea obiit R. P. Jossitius Ord. Min. S. Franc. Capuc.

obitus P. Capuc

31. Rediit à Collectura Butyri P. Procurator Pius.

reditus P. Collector.

Augustus

2do In festo Portiunculæ divina apud nos habuerunt RR. PP. Augustiniani ad mensam solum invitati sunt officiales cum musicis.

Festū Portiunc.

4to in festo S. Dominici nos apud PP. Dominicanos divina habuimus Concionem habuit P. Mansuetus, et offm. R. P. Vicarius Antonius.

Festū S. Dominici

10. appoplexia tactus subitanea morte obiit R. P. Zacharias Ord. Min. S. Franc. Capuc. actualis Guard. huj. Conventus.

obitus P. Guard Capuc.

30. Aug. 1. et 2. Sept. Celebratum est Capitulum intermedium sine omni solemnitate in Conventu Wertensteinensi, in quo in Guardianum Conventus nostri electus est A. R. P. B. Henricus Sibert Conventus Offenb. et lector Philos. Solodori.

Capitulum intermedium

September 1788.

Comœdia exhibita.

1mo. et 4to huj. exhibuit lusum suum autumnalem P. Emeramus Geiger Rhetor cum plenaria spectatorum satisfactione.

abitus Candidati

17. huj. cum suis patentibus abiit Lucernam in Novitiatum D. Josephus Arnold V.ds ante duos menses susceptus, et Conventui nostro affiliatus

Discessus P. Emerami

19. discessit cum suis obedientialibus Ratisbonam, ut ibi per aliquod tempus Vicarium 2darium Parochiæ agat, aliàs destinatus Lector Moralis Friburgi Nuithonum.

abitus F. L. Didaci

22. cum suis obedientialibus abiit M. Mayngam V. F. L. Didacus. huic substituetur V. F. L. Simpertus de M. Mayngа.

October.

Festum S. Francisci

4to huj. in festo S. P. Francisci divina apud nos habuerunt R.R. P.P. Dominicani. prandium, ad quod solum præfati Patres invitati erant, fuit dilatum in sequentem feriam 2dam, quia festum cadebat in Sab.

Examina Scholæ normalis

6. 7. et 8vo huj. habebantur Examina Scholæ normalis sic dictæ queis etiam quidam ex nostris aderant.

Neo-Guardiani fr. L. Simperti et R. P. Mathæi Adventus.

9no advenit P. Franc. Henricus Sibert Guardianus, et 1mus quidem, qui ob Conventus inopiam consueto ad mensam et cum vino caruit. [crossed out: ... Dolog Solial p Efflatu, Dgni ... Coppositio ...]

10mo fr. L. Simpertus Jacob,

12mo R. P. Mathæus Relling Syntaxeos Professor.

obitus P. Dominicani

20mo cum luctu totius fere Civitatis in flore ætatis sepultus est doctissimus simul ac piissimus P. Amandus Schurr hujus Ord. S. Dom. actualis Lector, atque meus ante annos 22 charissimus in Rudimentis discipulus.

Adventus P. Valentini

31mo advenit R. P. Valentinus Keller Wirceburgo, Concionatoris functurus officio. præter hunc sequentes itaque morantur Religiosi: R.R. P.P. Antonius Geiger Vic. Hilarius Fechner senior et Jes. Ord. ad S. Jud. Beda Winterer. Andreas Opferieder. Sebastianus Ruoblach. Nicolaus Bucher. Mansuetus Franz. Pius Lang. Tiburtius Staal. Mathæus Relling. Cæsarius Braunstein. F.F. L.L. Daniel. Felix. Wilibaldus. et Sympertus.

November

Literæ Vgmi ob denegarum Superioribus vinum.

23tio recepi responsorias a Vgmo ad querelas meas ob denegandum vinum, ac si ita:/ ut R. P. Beda 1ma adventus mei nocte asserebat:/ a toto Conventu statutum, atque a Capitulo approbatum fuisset. en ipsissima, lege, et judica prudens successor. = Uni soli vix = creditur, si agitur de re majoris momenti, quæ omnes tangit. cum in ultima visitatione = præter P. Beda nullus mentionem fecerit de vino parcendo, et in literis a me datis Ven= = ten [illegible] soli prænominatus abstemium pro Superiore futuro efflagitaverit, visum est = Patribus in sessione congregatis, clam et subdole longe alia subesse ratione, quia que = allegata fuit auctoritate P. Beda nullius alterius voto stipulato, unde merito = rejecta est petitio spuria, sicut ante biennium facta Juris bonensibus etc. = Obliget Paternitas vestra ex his; data fuisse nulla facultate denegandi vinum Superiori adventuro ante decisionem in convocatione ult. facta statuta et = a me scripto denuo ostenta. integrum proin erit, vel in bonum Conventus abstinere = a vino, citra tamen præjudicium successorum, vel eo uti prædecessorum more. in 3tia mensura pro se: vulgo Maßtul: loco consuetæ dimidiæ mensuræ conventus pro mea persona eram, salvo interim successorum jure.

Dezember.

libro ratione vini Superiori denegandi

17mo coram me comparuerunt 2 R.R. P.P. Vicarius et Beda, atque R. P. Hilarium mendacii insimularunt; quod videlicet falso mihi insinuaverit, abstinentiam a vino pro solo Conventu, non vero pro Superiore conclusam fuisse, ejusque approbationem a V. Capitulo petendam. advocatus R. P. Hilarius constans in sua assertione coram me et illis permansit, se nihil audivisse de Superiore. imo altera die mihi

convenit, dicens se hac super re cum P.P. Andrea et Sebastiano locutum, qui ambo negaverint, vel verbulum ratione Syndicatus sui propositum fuisse; sed ratione converbulum duntaxat, idque solum conclusum: quomodo ante tribus annis data permansit, aut permanere potuit facta praesentibus propositis ? 2ᵈᵒ vox fata mihi.

19no decembr. me convenerunt A.A. P.P. W. et Beda indicantes, a Conventu propositum esse, denuo, accedente mea approbatione, vino utendi, singulis videlicet Dominicis et feriis sextis ad coenam, et festis I Cl. 4ta mensura parte. libenter annui. Sed simul adverti, aliquam esse de facta mihi a Dignmo facultate, vino utendi, ob exiguam valde vini portionem, in doliolo adhuc residuam. Sed Dominus providebit. — Conventus petiit usum Vini

Incipit Annus Domini 1789. Januarius.

6to hujus ultima vice vinum ad mensam mihi et Confratribus meis adpositum est. Deus benedicat Cerevisiam, ut sanitati meae conducat. de quo tamen valde dubito. — qui diuturnus non erat.

16to a P. Custode huc missa fuit decreta Diffinitorii Werdensteinii Celebrati an. 1788 31 Aug. etc. vide Archiv. Nº V. 17. — decreta

Eodem recepi literas ab Imperiali Monasterio Neresheim. inhibentes Collecturam in tota sua ditione. Ita proh dolor! Conventui hujati omnis successive occluditur scaturigo, ad meliorem fortunam perveniendi. literas vide in Arch. Nº XV. 17. — Inhibitio Collecturae

NB omnes AA. R.R. P.P. Successores monitos velim, ut ante ingressum hyemis, per Procuratorem mature provideant farinae; ne ob incuriam ejusdem, cujus interest, magno Conventus damno carius procurare teneantur, uti mihi accidit. — farina mature procuranda.

20mo a Collectura Ulmensi advenit P. P. Pius. secum afferens 203 fl. qui statim adplicari debebant pro aliquibus sartis debitis expurgendis. — P. Pii reditus a Collectura

Eodem divina celebravimus pro more apud A.A. P.P. Augustin. nullus nostrum in coena comparuit. — Festum S. Sebast.

Februarius.

19no et 23tio hujus exhibitus est lusus comicus cum magno quidem spectatorum adplausu: verum non sine pernicioso studiorum per 14 vianon dies quoad omnes classes neglectu. quod si praevidissem, consensum hoc praecipue tempore, quo clarculum iterum de subtrahendo nobis gymnasio agitur, nunquam praebuissem. vide etiam hujus protocolli an. 1765. 12. et 14 febr. fol. 121. — lusus comicus Causa neglectorum studiorum

XVII

Martius.

22do Nereshemium profectus sum, ut denegatam nobis (: vide ibidem Jan. :) colligendi facultatem denuo impetrarem: nec irrito conatu; Rdmus enim Abbas cum Conventu promisit vel pristinam facultatem colligendi; vel quotannis certam Eleemosynam deo sint laudes! praecipua autem causa denegatae collectioni, fuere quaedam verba, a collectore Dominicano ibi imprudentissime et jactanter quam verius ibi prolata, nempe: [illegible] hoc nostros Collectores cautiores faciat. Verum quantus me obruit horror cum — Collectura vel annua Eleemosyna denuo Concessa

Aprilis

6to hujus, absoluto feliciter negotio, redux de mane adventare, et A. R. P. Antonium Geiger Vicarium jam pridie terra mandatum esse audivi. mortuus enim erat 4to hujus post horam 6tam matutinam morte subitanea, videlicet intra dimidium quadrantis horae sanus et exstinctus. R. I. P. — obitus A. P. Ant. Geiger

Majus.

17mo Responsorias recepi a Dgmo, quem consulueram; utrum onus satisfaciendi 692 obligationibus Missarum, quas in camera defuncti P. Antonii Geiger annotatas reperimus, Conventui hujati incumbat? resolvit Dignmus, casum hunc ad proximum V. Diffinitorium deferendum hujusque desuper sententiam esse expectandam. — Dignmus Consultus de obligationibus Missarum.

21mo praeter omnium expectationem advenit P. Balthasar Zenger, designatus hic a Dignmo vicarius. verum postero statim die A.A. P.P. de Conventu unanimiter adme venerunt, ob notam conventus pauperiem ejus dimissionem postulantes. quem itaque 25to hujus ad Conventum suum Ratisbonensem, unde venerat, remisi, dato consueto viatico, quod pertinaciter postulavit, aliis se hic literis Dignmi expectaturum, minitatus.

Junius 1789.

Festum S. Antonii — 13 Officium Solemne habuit P. R. D. Joan. Napom. Reis Canonicus. Concionem vero :/: M. omni Sancto etiam Vidua applicabilem :/: A. R. D. Bott Vicarius.

Augustus

Festum Portiunc. — 2 Solemnia apud nos habuerunt A. A. P. P. Dominicani; eo quod festum S. P. nri incidat in Dominica Rosarii.

Capitulum — 30. 31 Aug. et 1mo Septemb. Offenburgi celebratum est Capitulum provinciale, in quo

Nullus missus Discretus — in Ministrum Provincialem denuo electus est A. R. Ex. P. M. Exprov. Tiberius Ehren. in Guardianum hujatem A. R. P. B. Beda Winterer. ego vero in Confessarium Monial. Weppaci. — utinam Deus, diminuto jam fratrum numero benedictionem suam impertiri Conventui huic benigne dignetur.

M ad parcendum inutilibus sumtibus ad Capitulum unanimi suffragio nullus missus Discretus.

Septemb.

abitus R. P. Henrici Guard. — 27. discessit R. P. B. Henricus Sibert cum suis Obedientialibus potiturus Weppacum ut Confessarius Mon. Cui successit in off. R. P. Beda Winterer.

Decretum ab incl. Magistr. — 28. transmissum est nobis Decretum ab Inclyto Magistratu, vi cujus hujates subditi annuos census, et vectigalia fideliter, in natura, et sine ulla remissione solvant. Sign. litt. Q No. 52.

notæ Studiosorum petitæ — 29. mihi per D. Cancellistam Forster insinuatum, ut notæ Studiosorum S. Tit. D. Consuli Frankenstein fideliter immanuentur, simulque significatum quod varias ob causas ab inclyto Magistratu constituta sit Deputatio pro hujate Gymnasio.

XVII

adventus et abitus R. P. Ferdinandi — hoc mense advenit Spira R. P. Ferdinandus Wagner, destinatus Herbipoli Concionator Dominicalis, et post spatium 10. dierum abiit ad stationem suam.

October.

Festum S. P. Francisci. — 4to Solemnia apud nos habuere hoc anno R. R. P. P. Augustiniani, quia R. R. P. P. Dominicani ob festum Ss. Rosarii erant impediti. ad mensam nemo invitatus nisi Officiales et musici.

abitus R. P. Mansueti Franz — 6to. hujus abiit cum suis obedientialibus R. P. Mansuetus Franz destinatus Wittichium Confessarius Monialium.

adventus R. P. Lamberti Baumgartner. — 25. advenit Herbipoli R. P. Lambertus Baumgartner assignatus Concionator pro huj. nostra Cathedra. 180.

26. accepimus a Rmo nostro Dispensationem pro Esu carnium pro jejunio regulari, quam ordinationum libro inseri mandat.

Obitus R. P. Guard. Bedæ — Interrumpitur hoc Protocollum, cui præsens Guardianus R. P. B. Beda ob continuatam infirmam valetudinem nihil amplius inseruit, nec per alium quidquam inseri fecit: qui et morbo tandem consumtus obiit an. 1793. 26. dec. æt. 64. Prof. 41. Sacerd. 38 annorum. R. I. P.

In defuncti Guardiani locum successit P. Michael Barth Bacc. et Discretus p̄petius Offonisburgensis, Guardianus electus, et Confessarius Sororum ad S. Ludov. ordinarius, qui advenit Gamundiam 12 Maj. 1794. — adventus Guard.

Confratres in conventu præsentes sunt: RR. PP. Hilarius Lechner Senior infirmus rationis impos: Sebastianus Knoblauch Vicarius: Andreas Offerieus Musices Director: Lazarus Majer Exactor: Lambertus Baumgartner Concionator ordin. Sacrista et Præses Congregat: Pius Lang Procurator et Terminarius: Mathaus Roelling Profess. Rhet. Cæsarius Braunstein Prof. Syntax. Thaddæus Ackermann Prof. Gram. F.F. Laici Wilibaldus, Felix, Daniel, Wendelinus. — Fratres præsentes

Jam ab initio hujus Belli Gallici totum ædificium Gymnasii (sunt quibus) militibus austriacis ad labores militares occupandum conceditur, et scholæ in conventus nostri cubicula transferuntur, non sine gravi incomoditate nostra: a quo tempore etiam Lusus Theatrales pro exercenda juventute omissi sunt: licuit tamen Officialibus militum pro sua recreatione cū suis ejusmodi ludos exhibere. — Gymnasium XVII

Item iidem Milites austriaci majus Refectorium nostrum ad reparanda arma bellica occupant, nobis sponte-coacte consentientibus.

13 Maj. Per Decretum circulare a Rdmo D. Vicario Gen. Augustano editum nobisque exhibitum omnibus Confessariis sub pœna suspensionis præcipitur, ne deinceps pecunia a pœnitentibus in Confessionali deponi solita (vulgo beichtkreüzer) assumantur... Decretum hoc a quodam invido sacerdote extortum ajunt. — "Beichtkreuzer" beichtkreüzer

Dno Ignatio Kuhn ejusque Uxori Conventus obtulit schedam affiliationis, qui in gratiarum actionem reddiderunt Conventui 11 fl. cum promissione ulteriorum beneficiorum. — affiliatio D. Kuhn

Jun.

9. Fer. 2da Pent. in Wezgau celebratur Festum S. Colomani M. hoc anno Concionem habuit P. Lambertus Concionator ordinar. Officium Solemne et Processionē cum Ssmo P. Guardianus. — F. S. Colomani in Wezgau

Prænob. Dna de Stahl uxor Achillei dedit Conventui ex proprio Marsupio suo 100 fl. pro futura sepultura sua in Ecclesia nostra, plura in hunc finem promittens, per modum testamenti assignanda. — Sepultura prænob. Dnæ de Stahl

Eadem prænob. Dna donavit ad Sacristiam Velum sericum albi coloris cum insertis flosculis belle elaboratum: cui in gratiarum actionem Conventus obtulit Missam solemniter cantatam. — velum

13. Festo S. Antonii Pad. Concionem apud nos habuit R. P. Ludovicus Capuzinus concionator ordinar. vice versa apud RR. PP. Capuzinos P. Concionator noster ex cathedra dixit. Officium solemne apud nos pl. R. D. Canon. Bez.

Hoc tempore ad Mensam nemo invitatur, nisi Officiator cum Diaconis et Concionator, ut parcatur sumtibus, crescente siquidem in dies pretio omnis generis annonæ.

1794.

Jul.

obitus R. P. Hilarii — 8. R. P. Hilarius viribus exhaustus et senio confectus, iis quibus potuit sacramentis munitus expiravit, aet. 78, Prof. 57, Sacerd. 54 an.

August.

Fest. Portiunc. — 2. Fest. Portiunc. Officium solem. et Concionem habuerunt RR. PP. Augustiniani, qui hac die non sunt invitati ad Convivium, quod in alium diem transfertur.

Fest. S. Dominici — 4. Fest. S. Dominici solemnia habuimus apud RR. PP. Dominicanos Guardianus cum 2 diaconis et P. Lamberto Concionatore: invitati fuimus ad Convivium cum ceteris Clericis saecularibus et Regularibus.

Susceptio Candidati — 7. Susceptus est unanimi suffragio ad ordinem et Conventum nostrum pro statu clericali Erudit. ac honest. Juvenis Joannes Wezenmayer Rhetorico Cand. natus Gamundiae 1775. 5. Maj. De Patrimonio ejusdem praeter 107 f. nihil amplius sperandum, nisi quod pl. R. D. Joannes Debler Parochus in Bargau ejus Avunculus Contractum cum Conventu inierit, quo praeter expensas Noviciatus tempore sed et durante studio faciendas solvere, et Lectisternium novum bene instructum post Professionem dare statuit.

In fine anni scholastici non est exhibitus lusus comicus, sed praemia distributa studiosis in Ecclesia nostra.

XVII

Septemb.

adventus P. Min. Prolis — 27. advenit Exim. P. Min. Provincialis ad 1mam visitationem officio suo functurus.

Octob.

Fest. S. Franc. — 4. Fest. S. P. N. Francisci Officium solemne et Concionem pro more habuerunt RR. PP. Dominicani, qui ad Mensam non fuerunt invitati, dilato Convivio in diem 14 huj. utpote nobis magis congruum. Domini de Senatu et Canonici non amplius invitantur, ut parcatur oeconomiae.

discessus E. P. M. Prolis — 6. Exim. P. Min. Provincialis, peractis debitis negotiis et habita pro more absolutione pergit Neohusium.

adventus P. Ottonis — 20. advenit Offenisburgo R. P. Otto Haas Professor Syntaxeos.

discessus P. Caesarii — 21. discessit cum obedientialibus R. P. Caesarius Braunstein Offenisburgum ibidem futurus Professor Syntaxeos.

